



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Anima Historiae Hujus Temporis In Ivncto Caroli V. Et  
Ferdinandi I. Fratrvm Imperio, Repræsentata**

**Masen, Jacob**

**Coloniae Agrippinae, 1672**

Liber VII.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-28359**



# LIBER VII.

L.  
Carolus  
Imp. bel-  
lum ad-  
versus  
Protestan-  
tes au-  
spicatu-  
rus, urbes  
à Princi-  
pibus ab-  
strahere  
nitatur.  
Schleid  
117. & 18  
Lam. b.  
Horen-  
sius de  
hoc bello,  
Vlo in  
vita Ca-  
roli. Sur  
in cor. m.  
& aliis.



Mperator bellorum jam certus, quibus contumaciam frangeret  
omni pacis consilio robustorem : duarum præcipue rerum ale-  
bat curam, alteram, ne omnium in se federatorum Principum  
urbiumque arma uno impetu provocaret ; alteram, ne ope ne-  
cessariâ cùm Hispanarum, tum Italarum cohortium destituere-  
tur. Nonis igitur Julii anno 1546. Hermannum Ubiorum Ar-  
chiepiscopum, Pontificio nuper ob infidelitatem fulmine istum dissimulata of-  
fensione, literis seriò hortatus est, Ne quem adversariorum partibus contra se præstaret,  
aut militem, aut opem, staret porrò inviolata in Cæsarem fide, nisi parem cum hostibus for-  
tunam experiri malit. Cui, ille mandato obsecutus, Cæsar is noluit indignationem  
mereri. Alias ad Noribergæ, Argentorati, Augstantæ, ceterarumque urbium con-  
juratarum Proceres, literas dedit, quibus eos armorum metu absolvere est cona-  
tus. Hac illas sententiâ inscripsérat. \* Quem cura amorisque locum apud me hactenus  
Germanorum salus habeat, luculentia testari facta, decretaque non obscure possunt, quibus  
obviam seditionibus intestinis iri, ac laboravi, ut Deo fides per Germaniam integrâ, pax ho-  
minibus inviolata, decus suum ac libertas inconcussa togatis constaret urbibus. Quorsum e-  
nim tot tamque arduae profectiones suscepere, tot effusi in concordia negotium sumptus,  
tot agitata concilia? At enim non deesse constat, qui earum rerum tractationem malignâ a-  
nimî interpretatione pervertant ; qui imperi legibus, qui libertati communi, qui Cæsarei  
dignitati audaciâ non ferendâ, illudant : nihil probent ac sequantur, nisi sua commensum li-  
bidim. Nimirum specioso pietatis ac religionis pallio fraudes artesque obtegunt ; ut sub vir-  
tutis umbra ad communem perniciem liberrimè graffentur, legibusque obliteratis, ac judi-  
cisi pessundatis imperatoriam autoritatem proterant, jura civitatum occupent, bona omnia  
religioni nuncupata possideant. Hæ vulgatis tot à Germania testimoniis evinci, infamibus  
constare tabulis scriptisque, fame ac nomini imperorio injuriis certum est. Tot exundantes  
per Teutonicas nationes motus, in proxima etiam regna transuersos, tot datas acceptasque à  
perduellibus clades vidimus, que aliud nihil quam refractariorum quorundam Principum  
pertinaciam ingerunt, justissimamque vindictam depositunt. Adversus haec nulla haute-  
nus armæ præter patientiam adhibui; nunc denique, que oleo sanari non possunt vulnera, &  
eeto diluenda videntur. Autores malorum ad officium revocandi sunt ; ut ac teris impen-  
dens discrimen propulsetur, ut jus, leges, & judicia ad pristinam integratatem redeant, urbi-  
bus suis decor, ac tranquillitas constet. Hæc eo à me sine exposita sunt ; ut ne incerti quovis  
rumorum vento circumferantur, & in alios arma cudi, quam rebellium capita existimant.

Spero

Spero equidem non defuturos, qui operantam digna postulanti Cæsari adjungant, nec sceleri contra equitatem patrocinentur, & adversus propriam libertatem gladium stringant, perduellum amici. Quod si pro Imperatore, pro imperio, pro se:psis, arma induerint, gloria quā ignominie propiores abscessu sunt prælio, habituque officiū præstiti dominum non immemorem. Ejusdem argumenti scriptum Dux Wittenbergicus accepit. Paria Granvillianus & Navius, aulæ Cæsareæ Proceres, urbium Legatis, Imperatori Ratisbonæ præsentibus, inculcarunt. Nihil videlicet urbibus forniciandum, nonnullis viris Principibus, alienarum facultatum direptoribus, ac perduellionis crimine à Cæsare ac imperio divisis, hoc bellum intentari. Helvetii eisdem Cæsaris rationibus per legatos à federatorum partibus sunt avocati.

Sed, licet Ubiorum Princeps ut commodo Cæsaris, ita suo haud levi discrimine postulatis imperatoriis locum faceret; humanitate singulari, quā illum nuper transiens Carolus occupaverat, captus; urbes tamen Smalcaldico federe sociatæ, quarum sex præcipuæ censentur, Augusta, Ulma, Argentoratum, Francosfurtum, Lubeca, Hamburgum, & Brema, (nam Noriberga, Nordlinga, ceteræque eadem religione conjunctæ, hoc fedus rejecerant) nequaquam obtemperarunt, Argentorati primores Cæsari ita etiam per literas responderunt, ut præter infesta arma nihil ab illis exspectandum videretur. \* Gratum, inquiunt, in primis evenisse sibi, quod intelligant Germania salutem curæ esse Cæsari; orare etiam, ut hec ipsi voluntas perpetua esse velit, neque intempestivo armorum remedio corrumpatur. Dolere magnopere repertos in Germania, qui Cæsareæ autoritatæ ausu refractario illudant, obsequiorum immemores: neque existimare ejusmodi sua religionis assertores scelere obstrictos teneri. Per ipsos sane hactenus non stetisse, quo ministrata a sepius pacis consilia, eo, quem sperassent, exitu concluderentur. Pontificis illud jure imputandum ad suas rationes obstinatis. Postremos Ratisbonæ adversarum partium congressus, absque fructu dissolutos, quod ad Tridentini Concilij Proceres disceptatio religionis rejecta sit; ut si illis Aristarchis, tanquam solum oculatis, tot populorum causa subjicienda esset, & Germanos credenda sint, quæ Italo libuerint. Quod verò Ecclesiasticorum possessiones à nonnullis suorum occupatae, atque in alios Reip. Christianæ aptiores usus conversæ sint, id & Cæsarem jam pridem edoctum, & Spirensis decreti autoritate ab ipso indulatum. Nulla se violare judicia, sed emendata etiam cupere, malignitate quorundam in foro Spirensi perversa; nihil optare, nisi quod cum summa equitate sit conjunctum. Mirandum verò esse, si qui suarum partium homines, tam audaces siue dissimiles repertisunt hactenus, qui dignitatem imperatoriam ac libertatem Teutonum oppressum, aut etiam imminutum eant. Calumniam hanc esse Rome natam, urbe optimis semper consiliis inimicissimam. Palam atque in luce, alia longè conspecta suorum in Cæsarem Germanosque studia. Quot in Turcam Gallumque suppeditata essent auxilia, tot extare sue voluntatis ac fidei erga Imperatorem monumenta. Proinde aquum se judicium non modò non declinare; sed orare etiamzut innocentie sue, contra aliorum malevolentiam livoremque tutam esse posse defensio. Indicti se se causa à belloque, communis gentium iure, nunquam aenunciato, m. t. ad supplicium deposci. Valerent aliquid cum presentia, tum antiqua parentum suorum in Austriae familiæ homines congesta beneficia ad recentem invidiam, indigationemque spondam. Exigeret cum animo suo Cæsar præsentem Germanie facient Tur-

II.  
Smalcaldico  
dicte federe  
sociatæ ur  
bes im  
primisq;  
Argen  
toratum  
oblistens  
Cæsarem  
à bello  
avocare  
conatur.

cicis bellis exhaustam, imminentemque tot urbibus, populi que, si intestina seditione agitetur, vastitatem. Nihil deinde sibi nervorumque ad externos hostes, virtute pristinā, depellendos reliquum fore. Quo si levia Cæsari non videantur, ne tam facili adversariorum impulsu in transversum belli sensum à pacis constilio abripiatur.

**III.** Hæc ferè illi, uti & deinde confederatorum Principes literis ad Cæsarem datis, ad sui purgationem, adferebant. Apologeticō insuper libello Philippus Hal-  
Apolo-  
gericus se  
purgant  
& religio  
nis non  
rebellio-  
nis cau-  
sam agi  
docent.  
  
Principes  
tis, & Joannes Fridericus Saxonie Principes idibus Julii divulgato, & suam pro-  
bare aliis causam, & Cæsaream improbare sunt conati. Docebant \* bellum ad-  
umbratā quidem rebellionis specie, quo nulla esset, reverā nascentis per Germaniam reli-  
gionis opprimendae gratiā suscipi; ut nimirum divulsis ejusdem federis Germanis, alios post  
alios opprimat, & sibi victoriam facilem, illis servitutem instruat. Hæc ex multorum in au-  
la imperatoria Procerum verbis temerè effusis; ex Cæsaris factō extērnum Ravensburgō ex-  
cidium interminantis, ni suscepta fidei obnuntiaret; ex Pontificis denique sententia Vbi orum  
Archiepiscopum sede dignitateque propriā, religionis gratiā, deturbantis, persuadere sunt  
visi. Illo etiam utebantur obsūrmati animi decreto, quo Augustæ disertis quon-  
dā verbis Cæsar enuntiārat, ante se opes vitamque cum sanguine profusurum,  
quām serpentem in Germania laturum hæresim. Gratitudinis deinde neglecta  
Carolum non obscurè arguebant, atque illud in primis Friderici patrui sui be-  
neficium oggerebat Saxo, quod cùm is, à Maximiliani funere, quo rūndam septē-  
virorum suffragio Imperator dentitiatus esset, ultro tamen summum Carolo  
Magistratum detulerit. Negabant verò Cæsari fas esse ullum imperii ordinem  
indictā catusā proscribere, aut extērnum in Germaniam militem absque Princi-  
pium voluntate inferre.

**IV.** Inter has literarias concertationes, tanquam bellorum præludia, utriusque  
partis studia in armis, quanto possent opere, cogendis erant, ad quæ expeditiores  
aliquantò confederatorum quām Cæsaris res erant. Siquidem illis jam tota pro-  
pemodum favere Germania, aut religionis, aut federis etiam admissi studio vi-  
debatur. Ut proinde Catholicarum partium capita metu suspensa timide ac cun-  
ctanter operam opemque Imperatori suo præstarent. Ex ipsa etiam Cæsaris au-  
la (ut non aberant hæreticorum fautores) nullā secretorum consiliorum fide, ad  
hostem emanabat continuò, quidquid agitatum domi decretumque fuerat. Cæ-  
saris tamen, & indefessa diligentia, & infracta constantia eas omnes difficultates  
evincedebat, quæ poterant esse maximæ.

**V.** Pontificem ille sibi adjungendum ratus, Cardinale Tridentino Madruccio in-  
terprete, fedus ante aliquot conceptum menses ad sextum Cal. Julias cum Paulo  
ejus nominis tertio iniit, quod iis conscriptum legibus constituit. Primò, ut Cæsar  
exercitum adversus hereticorum federatos proximo Iunio comparet, omnesque Concilium  
Tridentinum aspernantes sectarios ad avitam religionem, Romaneque sedis observantiam,  
vi aut ratione compellat. Deinde nullo pacis pactionisve alterius decreto cum illis conveniat  
quod orthodoxæ Romaneque Ecclesie adveretur. Pontifex vicissim ducenta aureorum num-  
mūni millia, & Venetiis in hujus expeditionis usum deponat, recipienda nisi bellum processerit.  
Addat pecuniis duodecim millia Italorum peditum, equitesque levioris armaturæ quingen-  
tos,

ros, ære suo, & scribendos, & sex mensium spatio alendos. Denique indulgeat dimidiā ex Hispania proventuum Ecclesiasticorum partem, ex Cœnobiorum verò possessionibus venditis ad 500 aurorum nummū millia, in ejusdem belli usum traducat, quibus tamen in reno-  
vi exempli arbitratu Pontificis abundè caveret Cæsar, pignore ex propriis bonis substituto. Pontifex ne belli sumptibus sufficiendis deesset, totâ Italâ vicinisque insulis de-  
cimas bonorum Ecclesiasticis omnibus imperavit, Quo subsidio quamvis amplæ  
res Cæsar's existimari poterant, Acatholicorum tamen viribus longè futuræ e-  
rant inferiores, nisi illorum nonnulli, aut privatis inter se offensionibus distracti,  
aut spe præmiorum adducti, imperatorum nomen secuti fuissent. In his Alber-  
tus & Joannes Principes Brandenburgi, Mauritius & Augustus fratres Saxonizæ  
Duces, Georgii duo, Magnopolis alter, alter Dux Brunsvici, Fridericus Comes  
Furstenbergicus & Reinhardus Solmensis, qui Augustanâ quidem confessione,  
Schmalcaldico tamen federe adversariis conjuncti non erant. Fridericus Elector  
Palatinus belli pacisque medius, fide quidem in Deum proditâ, Cæsari nondum  
fidelitatem abjuraverat. Itaque propositi incertus, cum Maurizio Saxone & Jo-  
anne Branbeburgico armis intercedere, irrito tamen studio, est conatus. Princi-  
pes ac civitates orthodoxæ exiguo per Germaniam numero definiebantur. In il-  
lis, præter Ferdinandum Regem, Bavarus ac Clivensis Duces, multique nobi-  
lium, nec federe, nec religione novâ hostibus addicti, in his urbium præcipue  
Moguntia, Treviri, Metæ, Aquisgranum, Colonia: infirmum adversus harelum,  
& viribus, & voluntate suâ futurum robur, si uno hanc impetu debeillandam Cæ-  
sar statuisset. Erat is Ratisbonæ etiamnum, quò conciliij gratiâ venerat. Urbs  
hæc est liberarum civitatum ad Danubii ripam, quæ Austriam spectat; extrema,  
nobilitate atque amplitudine Principum copiis opportuna: ab Ingolstadio no-  
vem passuum millibus, ab Augusta octodecim separatur, fide adhuc in Cafarem  
integrâ, licet in superos jam corruptâ. Huc Cæsar undique copias cogi ex nupe-  
ro per Germaniam delectu jubet, tum ex Pannonia arcessi Hispanorum duo  
millia octingentos. Germani quinque millium numero pedites confluxerunt sub  
Hillebrando Madruccio Tridentini Cardinalis fratre strenuo juvete, & Geor-  
gio Regenspurgo expertæ virtutis milite. Hispani sub Aluaro Sanda, viro gene-  
re, ac belli gloriâ inclito militiam exercebant.

Tantillum censembat militem Imperator, cum Augustani simulatione amicitiaz  
adversus Cæsarem depositâ, viginti & duarum cohortum militem, quem se urbi  
defendendæ scripsisse jactaverant, Ulmæ ac Wittenbergæ cohortibus decem,  
magnisque equitum copiis sociant. Hi viginti & octo bellicis instruci tormentis  
Fiessæ posito ad Lycum amnem oppido, castra castris objiciunt; sed imperatorius  
miles longè impat retrò Tirolim concessit. Sectarii Fiessâ occupatâ, validoque  
munitâ præsidio, propius ad Alpium fauces Italicis copiis præcludendas festi-  
nant. Unum iter ex Italia ad Bavariam, per Tridentum & medias Alpes Oeno-  
pontum patebat, quod subinde in bivium dissectum, vel secundo flumine Oeno-  
pontum per Copstanum, Tirolis oppidum, egregio firmatum opere; vel propter  
radices montium trans Clusam ducit, arcem ingenio loci munitissimam. Huc  
quam-

Nonnul-  
les etiam  
Prote-  
stantium  
non illi-  
garos  
Smalcal-  
dico se-  
der, cum  
paucis  
Catholi-  
cis sibi  
addicet.

VI.  
Protesta-  
tum ur-  
bes in-  
primisq;  
Augu sta  
decepio  
Cesare,  
magnum  
militem  
sociant,  
& Alpi  
fauces ad  
Italos  
exclu-  
dosce-  
cupant.

quāmprimum Schertelius federatorum archistrategus, castra admovit. Jam enim Copstānum sux potestatis hæbebat; valuit ea ducis celeritas ad terrorem primò, ac porrò desperationem præsidiariis incutiendam, qui licet trepidè raptimque vallo arcem cinxissent, opere tamen recenti perlevique momenti nihil ad longam defensionem adjecisse se crederant. Clusā igitur ditione acceptā federati Oenopontum properant, quo loco occupato, Cæsari omnis ex Italia comitatus pecuniæ militisque transportandi via ac spes intercepta videbatur; sed Castelalti, militiæ illic præfecti, consilio diligentiaque profectum est, ut octidui spatio duodecim penè millium collectus exercitus, regionis atque oppidi defendendi gratiâ, confluxerit. Quā re dejectis adversariorum animis Schertelius sese recipere est coactus. Quo ab Alpibus digresso, quadringenti Hispanorum Copstānum adorti, felici successu invasere, non levi clade oppidanorum. Ita via Italica facta est haud multò pòst assuturis. Quamvis igitur consulto hunc federati alpium transitum Pontificis copiis præripiendum existimaverint; consultiū tamen longè acturi fuerant, si imparatum à commeatu ac milite sufficienti Cæsarem Ratisbonæ aggressi essent, præsertim in urbe religione illis devincta versantem, neq; ad longam obsidionem instructum. Error hic primus malè auspicatæ militiæ fuit.

VI.  
Confe-  
derataū  
urbium  
Duces  
feliciter  
auspicā-  
tur, qui-  
bus Saxon-  
& Hassus  
ingentes  
kopias  
jungunt.

Dilinga tamen interea ab Heddeco, Wirtenbergensium copiarum præfecto, ditione accepta Catholicorum terrorem auxit, fecitque ut Eistetenfis Præful, legatione missâ, pacem, commeatus transitusque per agros suos oblatione emerit. Sed & Schertelius, miles impiger atque in omnem occasionem vigil, Donawerdæ improvisus adest, castrisque oppido admotis, spretâ deliberationis suscepitæ morâ, invadit urbem, vi suâ, an civium dissimulatione, haud satis liquet, certè parcitum omnibus, armatâ vi parum obnitentibus, præterquam cœnobiorum incolis. Urbs hæc Danubio incumbens imperialis & libera, castrisque figendis per quam opportuna est, cùm ad sufficiendam militi per Danubium & Lycum annonam pateat. Siquidem Lycus amnis, medius Bavariae Sueviaeque limes, Augustam præterlabens, quatuor inde milliarum devolutus spatio, Danubio ad Donawerdam commiscetur. Danubius verò ex Abnoba monte, Rhæticis Alpibus Rhenique fontibus propinquo, natus, per Ulmensium agros sese effundit, haustasque per decursum sexaginta amnium aquas, sex vastis fluminibus in ponticum oceanum evomit. Huic loco immoranti Schertelio Saxon Hassusque, federatorum Principum urbiumque summi Duces, sese ingenti milite adjungunt, 80 censiisse omnes peditum millia, decem equitum memorantur; bellicas secum, conflatas ex ære, machinas infra centum non traxisse.

VII.  
Cæsar Saxonem &  
Hassum  
publico  
edicto  
proscri-  
bit, bo-  
naque  
addicit  
occupa-  
tibus.

Cujus rei, delato ad Cæsarem nuntio, utrumque Duce, publicis tabulis rebellionis ac læsa Majestatis reum promulgavit, suisque possessionibus, iis proscriptis legibus, ut primò occupantibus addicerentur, proscriptionis eas memorabat causas, quas ferè suprà litteris ad illigatas fedeli urbes complexus fuerat, editiorum imperialium contemptum, exempla perfidiae ac seditionis alitæ, ita conjuratorū in Cæsarem sedere, profligatos bello concitato imperii Principes, occupatos per vim tran-

det.

desver aliorum possessiones, corruptam oppressamque judiciorum, Spire presertim, aequitatem, provocata in Cæsarem extenorum Regum armis, Gallorum, Anglorum, Turcarumq.<sup>z</sup>. Quæ quidem omnia tam, ajebat, esse manifesta, ut refutari nequieren; t. in atrocia, ut justissimam animadversionem requirent, quam, cum lenioribus remedis ultima nequit quam sit expertus, nunc denique acerbiorum adhibere se, intolerabili illorum pertinaciâ compulsum esse. Proinde singulis imperio subjectis gravissime se præcipere, vij parti scelere pœnâ, obstringi cupiant, hanc societatem ne consilio, opibus armisque coniunctis meant. Si quid fecerint temerè hactenus, ne pertinaciam cœpto addant criminis, sed maturè Cæsaris accedant partibus, liberos sese præsenti decreto, eximiosque ab omnib[us] decernere obligatione fidei, quotquot illam, juratam licet hactenus, rebellibus præstiterint.

Sed Cæsare paucis Germanorum Hispanorumque copiis aucto confederatorum spes animique in immensum excreverant, cumque indicendum Cæsari bellum, in instituto majorum, censerent, de literis inscribendis ita inter utrumque disceptatum est, ut Saxo, derogato illi Imperatoris titulo, scripendum Carolo de Gaudavo esse contenderet; quod absque rebellionis nota imperatorum illi non men tribuere vix liceret. At Hasso magis visum est, hoc illum tirulo, nisi cum Castris, non exuere; ne Principes reliqui intempestivâ arrogantiâ læderentur: quod cum minus probarent ceteri, placuit denique salutandum illum, tanquam Cæsaris sese loco gerentem. Misso tubicinae literæ ex teli aquento, veterum more, ad castra Landishutæ vicina deferuntur. Ferdinandus Toletanus Albæ Dux, fidei virtutisque se stat æ miles, summo illis post Cæsarem imperio præerat. Hic epistolæ dat æ nihil respondit; sed publicas vicissim proscriptionis tabulas ad rebelles perferendas tradidit, legatisque ejusmodi rerum crucem deberi afferuit, nisi in Cæsarem, injurias etiam clementiâ ulciscentem, incidissent. Fuerat, ut dixi Carolus Ratisbonæ, nondum auxiliariis ex Belgio Italiaque adjutus copiis, nondum, exspectatis ab Austria, militaribus instructus tormentis. Hæc per nuntios in via quidem acceperat esse, sed hostium milite impedita, nec ad futurâ, nisi magno temporis itinerumque dispendio. Quæ res cum hosti, ab omnium rerum copia instructissimo, per quam opportuna rursum, ad Cæsarem Ratisbonæ opprimendum accidisset, tanta fuit omnium, vel ad intelligendum cæcitas, vel ad audendum negligentia, aut certè tanta imperiorii nominis fortuna, ut imbelli Carolum oppido harentem, cui salutem suam crediturus in periculo non fuerat, impunè istic morari sint passi, cum vix habiturum perfugii tutam sedem, totâ ejicere Germaniâ haud difficulter potuissent. At longiori illi temporum locorumque circuitu inclusuri hostem, consultò sese ante vicinis Cæsari præsidii immisuros credebant, neque exercitatum per omnem belli fortunam Carolum tam levi impulsu[m] imperu[m] existimabant: cautè ob id incedendum rati, nequid præcipiendo delinquerent. Sed timida hac circumspectione ut fieri solet, dum charbdim vitant, in scyllam incidunt. Cum enim vix illum militiæ opus sine discriminatione sit: Stultum erit, aut omnia evitare pericula velle, aut omnia contemnere. Optimus ille miles, qui & graviora cautè declinare, & leviora fortiter superare didicerit: ne vel in præcipitationem, tanquam bellicæ fortuna scopulum; vel in cunctationem, tanquam vadum,

VIII.  
Bellum  
Cæsari  
Protesta-  
tes Ma-  
jorum  
more de-  
nuntiant  
sed occa-  
sione e-  
jus op-  
primen-  
di, dum  
impara-  
tus erat,  
improvi-  
dè negle-  
cta.

impingat. Quorum illud temerarii, hoc timidi bellatoris vitium est, illud audaci-  
bus, hoc prudentibus metuendum. Verum inexpertis contra expertissimum Du-  
cem pugnaturis prona erant ad mali suspicionem ac timorem omnia. Reinam i-  
gitur oppidum Bavariae ad Lycum, non procul Donawerda situm, Cæsaream Ger-  
mani nominis cohorte defensum, haud multo labore occupant, vim civibus ex-  
tremam operiri nolentibus. Cæsar deinde hostium intentus consiliis, per explo-  
ratores didicit Landishutum cogitare, ut viam, ab Oeniponto Ratisbonam du-  
centem, interciperent, atque ab exspectato Cæsarem subsidiario milite separa-  
rent. Expeditor nulla futura erat expugnandi Cæsaris ratio, quam ejus proposi-  
ti felix eventus. Cum ab Italique Hispanisque diviso, certa illi Ratisbonæ obficio,  
extremo rerum discrimine, exspectanda fuisset. At prævertit celeritate, animo-  
que incredibili Cæsar, ac quatuor Germanorum millibus Hispanique trecentis  
sub Pyrrho Columna ad Ratisbonæ præsidium relictis, cum reliquo milite se-  
cuadis castris Landishutum attrigit, omnem ante belli aleam subire paratus,  
quam hanc extortam de manibus opportunitatem videre. Auxiliares igitur co-  
pias quantâ possent festinatione adesse jussit.

Erant in castris federatorum ad Neoburgum promotis, præter memoratum  
supramilitem, principes & duces exercitus facile novem. Ex Saxonica familia  
duo, ex Brunsvicensi quinque, Anhaldinus & Dux Luneburgicus, quibus alii  
Germani comites decem accesserant, vires eorum omnium sententiâ tam censem-  
bantur firmæ, ut qui his se Carolum prælii discrimine objecturum crederet, esset  
nemo. Tamen ea fuit ad pugnandum alacritas, ad audendum virtus, ut pugnam  
mortemque etiam, ante fugam, elesturus videretur. Siquidem castris juxta ur-  
bem fixis, hostium operiri adventum statuerat. Hærebant suspensi multorum a-  
nimis, anticipi periculosisimi belli eventu, intentisque cogitationibus imminen-  
tem Reip. Christianæ perniciem, aut salutem ominabantur, votis judiciisque in-  
ter se pugnantibus, prout quemque favor atque odium in diversa agebat. Ceteri  
ferè orbis Christiani Principes, Imperatore in tam pia causa destituto, otiosi spe-  
ctatores, quam actores tragœdia malebant esse; cum ab ipso Borysthenetres Tar-  
tarorum Duces equitum illi millia quatuor, totidemque Arabum à Tuneto Rex  
barbarus ultrò in subsidium deferret, quibus neglectis siâ ipse virtute ac Deo  
fretus, nullum in summo discriminis timoris argumentum dedit. Sollicitatus à  
conjuratis Dux Bavarus ita quidem in fide Imperatoris persistit; ut ei, neque  
obstare, neque prôdelle magnopere sit visus. Cujus tamen non minus salus, quam  
discrimen, ex Cæsaris fortuna pendebat; cum illo superato, de religione aut cer-  
tæ regione sua periclitaretur, vel hæresin vel bellum admissurus. Palatinus deni-  
que ad partes sese protestantium auxiliarem adjunxit. Franciscus Galliarum  
Rex, Solimannus Turcarum, Henricus Anglorum adversus Cæsarem provocati,  
federis cum illo suscepit religione sese impediri responderunt. Confederati ubi  
animadverunt Cæsarem opportunio ad Landishutum castrorum loco, sine atroci  
certamine dejici non posse, neque ita facile Ratisbonam annona apparatusque  
omnis militaris occupari, sedem posse, desidia utramque de manibus occasio-  
mne

IX  
Instru-  
& illū  
Protestā-  
tum e-  
xercitum  
Cæsar ad  
Landis-  
hutum  
sufficeret,  
Italique  
conjun-  
gitar,

nem effluere sinunt, dum jam copiis ex Italia adventantibus Cæsar factus auctior magis etiam illorum vires contemneret. Selectiores nunquam specie ac juventute militem Italiam ætate illâ dedisse memorant. Præter equites levis armaturæ mille decem millia peditum sub signis numerabant. His Octavius Farnesius Cæsar's gener Pontificiusque nepos, egregii juvenis animi præfectus, militiae socios expertissimos bello viros, Vitellios, Sabellos, Sphortias, Urfinosque sub se ducebat. Hos subsecuti ex Neapoli & Insubria veterani roboris sex millia Hispanorum sub Philippi Lanoi Ducis auspiciis. Quibus Imperator auxiliis confirmatus hostes Ratisbonam lente progressos motis repente castris præoccupare statuit. At illi aliò consilia Cæsar's spectare rati, Saxonix metuere cœperunt.

Quare stratum ponte Danubium transgressi, haud procul Norgovia, intelligunt, Cæsarem Ratisbonâ iter Ingolstadium deflectere, is enim, admirabili celeritate, juncto ad Neostadium duobus pontibus flumine in adversam ripam nitetur. Mutato igitur hostes consilio Ratisbonam magnâ jam parte copiarum nudatam contendunt; ut à Donaverto & Neoburgo Cæsar's exercitum avertarent, at subidiario rursum milite ad urbem destinato, præoccupata illorum diligentia est. Cæsar verò delecto ad Ingolstadium idoneo castrorum loco ita resedit, ut urbs ipsi, ipse urbi contra hostilem impetum auxilio esset, dum exspectatus à Belgio subsidiarius miles accederet. Oppidum à tergo erat, sinistrum latus flu men paludesque tuebantur, à fronte ac dextera lata sese in campos effundebat planicies. Post hanc non incommodo sese loco castris nostris hostilis exercitus objecit, certo quidem pugnandi consilio, si fretum castrorum opportunitate Cæsarem possent elicere; at Carolo jam antè constitutum erat, Buranum cum Belgicis admittere copiis, quam aperto marte concurrere. Hinc dispositâ intra subiatrii operis vallum acie, hostium irruptionem præstolabatur. Sed his eminùs sat visum est incredibili tormentorum vi in castra Cæsar's detonare, ut in imperatorios acie intra vallum explicatos globorum mille & nongenti sint excussi, quo numero in castris reperti ad tormentorum Præfectum delati sunt. Ita tamen constanter hæc tempestas à milite Cæsar's oratione ac communi periculo animato, est excepta; ut quem jussus occupaverat locum, deserere nemo sit visus. Carolum verò non absque præsenti Numine servatum tum in primis memorant cum excussa tormento Sphæra atque ad ejus pedes decidua, eodem vestigio, quo ceciderat, humo præter omnem consuetudinem obruta sepeliretur. Tanta cum suo Imperatore militum constantia, hostes à castrorum oppugnatione retardavit. Consultò Hassus suaserat, avidas pugnæ cohortes, vel per valla in Cæsarem ducendas, multis copiarum partibus inferiorem. Cuius opinio, si primâ statim die valuerisset apud ceteros, præsentiori ad victoriam fortunâ uti deinde nunquā potuissent; cum vallum etiamnum humile, neque opere pleno circumductum, facile ad transitum militi pateret, quod periculum noctis in sequentis morâ Albanus vallo instructiori imminuit. Levioribus interim præliis, aut campo aperto, aut ex insidiis concitat is, Itali Hispanique, ubique superiores, per quam federatis importuni erant, præsertim cum irruptionibus nocturnis in castra, nullam fesso

X.  
Digressis  
Protestâ.  
tibus Cæ-  
sar col-  
locatis  
ad In-  
go stadiū  
castris.  
eodem  
rursum  
validissi-  
mè op-  
pugnan-  
tes tenet  
Belgicis.  
que ad  
te copias  
aditum  
aperit.

1546.

militi tutam pro quiete horam faceret. Cæsar vero munitionibus castris eò progressus sensim est, ut castra castris ad moveret, & liberum hostili equiti frumentandi aditum intercluderet. Ita gravissimis denique incommodis circumveniti federati tanto inferiores virtute, quanto numero superiores, communis sententia discedendum statuerunt. Subinde nuntiatum Cæsari est, Maximilianum Buranum Belgii comitem, deluso obstante ad Rheni oram Aldenborgio transmississe decem peditum equitumque quatuor millia, quibus Hispani Italique, Anglo contra Gallum nuper submissi, sex millium numero sese adjunxissent. Hunc vero, conjurati Helvetorum jam septem illum aucti copiis, cum objectis inter Cæsarem ac Buranum castris, aut arcere, aut ad iniquam pugnandi conditionem potuissent compellere, timidè parumque circumspecte sese Castris ad Donavertam inclusere de sua jam tantum addictarumque sibi urbium defensione solliciti.

XI.  
Cæsar  
plenis jā  
copiis  
instru-  
ctus pro-  
greditur,  
urbesque  
diversas  
occupat,  
& pugna-  
ambit.

XII.  
Protesta-  
tes qua-  
si tamen  
quicquā  
pace, &  
fame  
presi, ex-  
ercitum  
pro hi-  
bernis  
quaren-  
dis par-  
tiuntur.  
Sed Prin-  
cipum  
copiis  
Franco-  
niæ Cæ-  
sar pra-  
cludit,  
unde do-  
mum re-  
petere  
coguntur.

His opibus Cæsar fretus, complura ad utramque Danubii ripam oppida, à Neoburgo exorsus, non tam vi, quam virtutis ac felicitatis summa existimatione obtinuit, nil hoste contra aiso, qui tot urbium iacturam provocatus, de Nordlinga sibi providendum existimabat: motis iccirco Donavertâ castris, haud procul urbe consedit, loco munito atque ad rem frumentariam idoneo, quæ res Cæsari profuit, ad Donaverdam Italicis copiis occupandam, inde Tilingam Lauingamque, ac vicina ejus loci oppida in potestatem recepta. Cum, Prentio amnes superato, Ulmensium agris imminaret, hostem rursus, Ulmæ subveterum, Nordlinga abstraxit, qui postquam una cum Cæsarianis ad amnem crebris velitationibus concurrissent, nunquam tamen pugnae capitalis aleam, sapientius à Cæsare oblatam, experiri sunt ausi. Asperior jam utrosque hiems ad hiberna provocabat; sed ne id, consiliis licet suorum incitatus, Cæsar ageret, gravis illum atque aqua continebat ratio, quæ medium bellum fortunam abrumpendam non putaret.

Itaque, metatis ad Lauingam castris, atque ex iniquiori primum loco ad aquo rem traductis, hostes ad Giengam residentes, eâ rerum inopia ac desperatione pressi: ut postquam de pace frustra Cæsaris animum pertentassent, septimo denique Cal. Decemb. bipartito exercitu, quorum altera pars, quæ erat federatarum urbium, regiones suas per hiberna insideret, ac defenderebat; altera Saxoniæ atque Hassi auspiciis ducta in Franconiam, magno Cæsaris incommmodo, per ventura credebatur, cum eo loci Rotenburgo potiti firmorem etiam, quam ad Danubium sedem possent figere. Sed Boffinga Nordlingaque per iter Cæsar obtentâ, Rotenburgum pervenit ante, & obtinuit, quamvis ab orthodoxa fide alienam urbem. Quocirca hac etiam facultate Franconiæ possidenda erepta, conjurati Principes, impedimentis ob viam in confederatorum propugnaculis reliatis, domum quisque suam, ad hiberna contendunt. Saxo tamen, non otioso per hiemem milite, pleraque illorum locorum recepit, quæ, junctis Ferdinandus Rex cum Mauricio Saxone copiis, per Saxoniam invaserat.

Porrò, attritis sine pugna hostibus, tanta Cæsari autoritas, tanta federatis urbibus accessit trepidatio, ut certatim ad eum Legatos destinarent, veniae amici-

tiz-



tiaeque obtainendæ gratiâ, in quibus Ulma ipsa atque Augusta, coniurationis initia primipilares. Palatinus etiam ac Wirtenburgicus Principes, quorum ille venerandâ jam caput aspersus canitie, non sine lacrymis, ad pedes Imperatoris prostratus jacuit. Receptis in gratiam eæ denique leges datæ acceptæ que fuerunt. Ut sedus perpetuum atque inviolabile cum domo Austria paciscerentur, irritâ omni patione cum quovis alio hominum genere susceptâ, nullam deinde societatem adeant, nisi Cesareâ auctoritate probatam. Joannem Fridericum Saxonem & Philippum Hassum, tanquam patriæ hostes, publicâ contestatione aversentur ac damnent. In subditos alterius, præterquam Caesaris, stipendia merentes ponâ aquifissimâ animadvertiscant. Denique in urbes municipia atque arces præsidio imperorio opportunas, militem admittant. Vnde Augusta Schamburg, Ulma Nassavii, Francofurtum Burani cohortibus est tradita. Adiecta his legibus mulcta pecuniaria. Ulma centum aureorum millibus, Francofurtum viginti, Memminga quinquaginta, alia urbes pœnâ alia, defctionem luerunt. In quibus Augusta centum ac viginti aureorum millia dependit. Præterea, duodecim tormenta bellica pleraque urbium adjecere. Schertelius verò federatarum civitatum Dux, salutis obtainendæ dubius fugâ sese in Helvetiam recepit.

Bellum hoc semestri integro medias inter hiemis injurias Cæsarem in armis tenuit, quem non raro acutis podagræ doloribus conflistantem, invicto tamen animi labore ad omnem patientiam obduratum, non ab acie periculum, non valetudo ab armis revocavit. Omnem unus ipse fortunam constantissime, & urgebit, & sustinebat: novarum semper belli artium ac consiliorum ipse soler tam inter suos repertor, quam explorator in hostibus. Hinc toties suscepas ab eo rerum gerendarum rationes, aut suâ ipse præverit diligentia, aut labore evertit. Hinc Ingolstadio, Donaverto, Nordlingâ & Giengâ belli usi ac felicitate inferiores hostes depulit, denique ita sine prælio illos fregit, ut non semel visti triumphe videri possent.

Saxonum Princeps dum alienis occupandis adjecit animum, propriis magnâ parte excidit. Siquidem Mauritus & Augustus consanguinei in Saxonia Duces, à Friderico jam olim dissidiis alienati, suis ac Ferdinandi Regis armis hujus distinctionem penè totam invadunt. Omnem ante lapidem moverant Saxo & Hassus, ut Mauritum, eadem sibi religione devinctum, in partem suorum armorum deducerent. At Saxoniæ possidendæ spes, quam Caesaris edicto, ad primò occupantem perventura erat, religionis curam facile superabat. Quare in nomen ipsius libellis infamibus grassati, admissæ hominem perfidæ condemnabant, quibus Mauritus ita occurrit, ut summo se Imperatori obsequente jure diceret, ostenderetque, navatam abs se operam, ut à seditione concitata, ad quietem omnes pacemque revocaret, armæ se defendendæ Saxoniæ suscepisse, ne in exterorum Principum manus, proximorum suorum hereditas devolveretur. In hoc bello nullam de religione, sed de imperio contentionem suscepam à Cæsare, in libertate illius nec sibi, nec aliis haecenus ab Imperatore quicquam esse imminutum.

Caverat enim Cæsar, ne hæresim potius, quam adjunctam hæresi rebellionem expugnare crederetur; ut à Schmalkaldico federe distineret, tot urbes per Ger-

1546.  
XIII.  
Vibibus  
libens &  
Palatino  
Wirten-  
bergico-  
q[ui] Pr. n.  
cipi Cæ-  
sar certo  
onere  
pacem  
indulget.

XIV.  
Carolus  
patientia  
& soler-  
tia belli  
hostium  
sine pu-  
gna vi-  
ctor.

XV.  
Saxo re-  
versus  
occupa-  
tas à  
Mauritio  
urbes  
pleraque  
recipit.

XVI.  
Mauri-  
tius Cæ-  
sar's Se-  
ma-

1546.  
I artibus  
l'ætere  
fradit,  
quodis  
bellū re-  
bellioni  
non rel-  
gionis in-  
tendat.

An. 1547

maniam Principesque libertatis, ac nuper ortæ religionis studiosos: quibus Ca-  
roli sanè potentia multò erat futura inferior. Ecclesiasticorum quidem bonorum  
imperata restitutio est; sed decretorum vi in Augustano ac Spirensi comitio, jam  
alias factorum. Saxonæ Elector, ubi omni cum Mauritio conciliationis spe ex-  
cidisse se vidit, in Thuringiam ac Misniam se cum exercitu quatuordecim mil-  
lium effudit, & non minori celeritate, quam felicitate amissa recuperavit, Lipsi  
tantum Dresdâque per opportuna præsidia oppugnationem sustinente, quin &  
Mauritium, magnâ suæ regionis parte obtentâ, multavit. Hic verò, & milite &  
belli sumptibus Friderico ex communi federatorum ærario bellanti impar Ca-  
faris opem imploravit, qui ad futurum Duci, Albertum Brandenburgicum cum  
subsidiariis cohortibus, destinat. Sed is miles audaciâ, quam prudentiâ melior,  
dum Rochlitiâ occupatâ, cum cœlibis vitæ femina, Hassi forore, epulas inter cho-  
reasque deliciatur, mulieris astu, ac Friderici ab ea evocati armis improvisò cir-  
cumcidetur, ipse ratus tuto rem sibi in campo, quam intra mœnia parùm firma  
pugnam cum hoste fore, dum animosè magis, quam circumspetè prælium init,  
plerisque suorum, aut fugâ, aut cæde amissis, vivus ab hostibus intercipitur, ac  
Gothæ, fortissimo Saxonæ munimento, includitur.

XVII. Deinde ut vires fortunamque adversus Cæsarem stabiliret magis, Thumser-  
Saxo, &c.  
fo Bran-  
deb. rgi-  
eo à Cæ-  
sare au-  
xili grā-  
tiā misso  
Bohe-  
mos in  
fide flu-  
tuantes  
ad rebel-  
lionem  
excitat.  
Vnde  
Cæsar i-  
plesup-  
penas  
prope-  
rat.

num legatum, cum aliqua copiarum parte, in Bohemiam, hæresi jam dudum flu-  
tuantem, destinat. Qui præterquam quod Joachimicâ valle potitus est, subditorum  
adversus Regem Ferdinandum arma concitavit. Erant illi jam ante secu-  
lum Hussitarum perfidiâ à bonis legibus Regibusque alieni, quare illam aliis  
sentiendi vivendique libertatem, quam sibi vendicabant, indulgendam cense-  
bant. Igitur, obnitente per minas precesque nequicquam Ferdinando, indictis  
nobilitas comitiis, Casparem Pflugium genere inter suos potentiâque facile  
principem summæ rerum præficiunt, ac militiae colligendæ dant operam; verbo  
quidem, ut contra externum se hostem defenderent; reipsâ, ut rebellium vim nu-  
merumque augerent. Sed enim virtus ac fortuna Imperatoris his machinis erat  
longè superior; siquidem ille rebus suorum, hostiumque exploratis, opportunè  
podagræ doloribus exemptus, ad Ferdinandum Mauritiumque Ægram, Saxo-  
niae Bohemiaeque finitimatam urbem, auxilii gratiâ, cum paratâ militum manu  
properavit. Qui, licet silvis Bohemiam ambientibus, per seditiones accolas suc-  
ciliis, hærerent præpediti, eluctati tamè per varios circuitus denique adsuere.  
Nec diu Cæsar moratus; sed Ægræ, veteris etiamnum fidei oppido, fériis pascha-  
libus exactis, magnâ celeritate in Saxoniam duxit, ut aperto hostem campo  
priùs deprehenderet, quam urbium ille abs se occupatarum vallis includeretur,  
ubi difficilis ac longa futura esset expugnatio; quod non paucis, & munitionis  
robore, & belli apparatu egregie prospectum esset. Hærebat Elector ad Mis-  
num, illustre ad Albitum oppidum, nuper Mauritio ademptum, tum quod ponte il-  
lic strato, superatoque fluvio, hostem post se facile relieturus crederetur; tum  
quod Bohemorum auxilia eō loci operiretur.

XVIII. Cæsar  
inexpe-  
cta ce-

Cæsar continuato decem dierum itinere, ubi diem unum militi per quietem,  
recrean-



1547.  
leitate,  
& ferre  
Albim  
superat,  
& solo e-  
quatuor,  
in hoste  
Saxonē  
longè su-  
periorem  
milite  
fetur.

recreando indulisset, intelligit Saxonem ad alteram Albus ripam resessu ponte subilio considerare, loco castris per commodo, quod elata per crepidines ora, difficultatem transitus accessum ficeret, & facilem obtinentibus defensionem : sed cum Cæsari, Albano licet ceterisque refragantibus, ea animo insedisset persuasio, inquit licet conditione, pugnandum esse, priusquam hostis, aut loca tutiora occupasset, aut viribus invaleceret, omnibus ad translitem experiendum adhibita est industria. In hunc finem pons instructus & diligent exploratione repertum ab Albano Vadum, illac pediti, hac equiti decretum iter; sed etiam hostes Milburgi, in opposita considerunt ripa, ubi tentata à Cæsarianis via est. Hos objectis tormentorum globis, & plumbea scloporum grandine, magno numero, cum ex litore, tum ex navibus dejecterunt imperatori milites ; tanto studio, ut brachiorum tenus in aquam procurarent libraturi in hostem glandium missilia. Porro cum navium defectu, pontem toti insternere flumini Cæsar non posset, rem penè incredibilem, deni ex Hispania militia sunt ausi ; qui, ut necessaria ad pontem navigia hosti subducere, depositis ve?ibus, Albim natando superant, gladioque quem ore gerebant armati ejectis defensoribus, naves destinatas ad suos, incolumes ipsi, perduxeré. Dum pediti transitus ponte instruitur,

Cæsar cum equitatū ruiticū ducem secutus, per fluvium, impetu rapacem, & per intervalla natante equo superandum, alteram ripam tenuit, Hungarico jam ante equitatū, cum sclopetariis in secessibus, in hostem præmisso. His præter opinionem acceptis, Dux Saxonum properato itinere Wittenbergam contendit; ita quidem ut equitatū pars extrema tueretur, & infesto sicubi instaret, hosti se se objiceret. Quæ res quamvis & nostrorum retardaret, & illorum promoveret impetum, nihil tamen segnius Cæsar fugientibus cataphracto post terga equite instituit. Qui dum obviam crucifixi imaginem impii militis glande convulsam cerneret, plenum impietate facinus detestatus, elevatis in cœlum oculis manibusque; si volueris, inquit, mi Deus, illatam tibi injuriam poteris hodie ulcisci. Nec multo post consecutus hostem Albanus est, quem dum Saxo facile se pressurum existimat, Cæsarem quoque approrantem conspicit : utrique tamen se, beneficio silvæ cui aderat, non imparem ratus, aciem tormentaque adversus hostem disposuit. Ducebat is peditum sena, equitum tria millia : cui opponebat Cæsare equum millia quatuor, omni post se peditatu æreisque machinis relicitis, quod ea festinatione, quæ ad hostem sistendum opus, promoveri non possent. Duplici suos acie Cæsar distribuerat, Germanicæ militiæ more neglecto, quo equestris aciei frons angustior sensim in latius corpus effunditur: stabant enim in fronte agminis septeni deni sensim acie velut in cuneum deficiente. Quæ ratione & maiorem quam pro numero objectit hostibus multitudinis suspicionem, & cavit, ne circumveniri ab adversario milite tam facile possent. Utrumque simul in hostem agmen ire non poterat paludos loci uligine præpeditum.

Unde Cæsar, ordinibus contractis, Albanum, cum Mauritio, pugnam exorsos non nihil est subsecutus, qui deinde infesta in hostem signa tantum vi intulit, ut nemmo adversiorum equitum loco confisteret; sed in effusam denique solutus fu-

XIX.  
Pons,  
mira au-  
datia  
navibus  
adductis  
flumini  
i. steini-  
tura spe-  
ditat m  
& or-  
menta  
transfe-  
renda.  
Sic his  
tamen  
Cæsar  
stretam  
Saxonis  
aciem in-  
vadit,  
suecum  
multitu-  
dine no-  
va acie  
figens.

XX.  
Equitatu  
Saxonis  
culo pe-  
ditatus  
aliquan-

gari,

1547.  
tum resi-  
stens cœ-  
ditar.

gam, peditum omnem præsidio nudaverit. Hic ad primum quidem impetum inconcussu subsistit; quod minus in fuga salutis haberet, brevi tamen solitis per irrumptentem equitatum ordinibus, momento temporis ad proximas silvas fugâ sese convertit. Sed Hungaricus levis armaturæ eques, per omnes latè fugientes immanni cæde grassatus est. Quâ gente, vix alia in hanc rem expeditior, sive industria sive etiam celeritatem spectes. In silva armorum per vias multitudo, strataque occiso um, aut morientium cadavera, insequentum vim non parum retardavit: caperorum is fuit numerus; ut non pauci militum pro se quique, vicenos & amplius traherent. Cæsar ad quatuor passuum millia hostium fugam prosecutus, cum suos victoræ nixos fiduciâ, in omnem partem dissolutos ferri consiperet, insequentes ad signa convocat, ne incautos objiceret discribimi, & in victoria occurberent.

XXI.  
Cæsari  
dispersū  
militem  
revocan-  
ti ad sig-  
na, capti-  
vus Sa-  
xonie  
Prænceps  
ab Hi-  
spanis si-  
stetur.

Huic sese Ferdinandus, egregii, hoc etiam in bello, militis Ducisque munus functus, denique & Albanus reducis suorum agminibus addidit, quem vix excepserat reducem Cæsar; cùm de capto Saxonum Principe Friderico nuntius advo lat, magno nationum studio hanc sibi Ducis intercepti laudem vendicantium: in quibus Hispani sex, ut ceteris numero, sic fortunâ potiores videbantur. Hi Principem Electorem equo insidentem ac vulnere, secundum malam lèvam, perstriatum adducebant, qui ubi in conspectum Imperatoris Albano præeunte venisset, nudata chirothecis dexterâ, cùm ex equo, venerationis causâ descensum nequam moliretur, ut qui corporis mole, vulnere sitique fractus esset, jussus sedem in equo obtinere, ad Cæsarem detecto submissoque conversus capite: *Tibi, inquit, potentissime ac clementissime Cæsar me captivum dedo.* Ad quæ Carolus: *Ergone, inquit, tibi nunc Cæsar videor? alium me certè nuper faciebas.* (per contemptum enim Carolum de Gandavo appellare consueverat) oranti dñe in infra Principis dignitatem inter vincula haberetur, respondit, *pro suo illum tractandum merito.* Simulque frequenti custodiæ traditus, atque in castra deductus est.

XXII.  
P. uici  
hostium  
reliqui,  
qui feru-  
aut cap-  
tivitatem  
vitarunt.  
Cæsarei  
paucis a-  
missis  
tormen-  
& impe-  
dimentis  
omnibus  
potiti  
sunt.  
Prodigis  
varnis  
hæc cla-  
de nota-  
ta est.

Nox incumbens persequentium gladiis multos subduxit, quanquam non pauci ad i 2 passuum millia pugnæ prædeque ardore abrupti fuerint. Mauritius in hæren permixtusque fugientibus, sclopo tergori admoto concidisset; nisi, faliente somite militis conatus delusus esset. Multos adversariorum ferrum absumperat, plures vincula strinxerant, pauci ex toto exercitu reliqui, quadringenti numero, Wittenbergam ex fuga confluxerunt: tormentis impedimentisque omnibus imperatorii potiti sunt. Ernestus Dux Brunsvicensis leviorum in his bellis præliorum semper antesignanus, cum aliis inferioris fortunæ bellatoribus intercepitus est. Cæsariani exercitus jaætura intra quinquaginta militum numerum substituit. Ut proinde victoria hæc, ad octavum Cal. Majas parta, singularem cœlum favorem complecti videatur. Illud manifestum est, prodigiis fortunam Cæsaris cœlitus fuisse insignem; siquidem illo, quo prælio decertatum fuit, die, sol mutato colore subobscurum ac veluti infectum sanguine vultum induit, quod portentum, ita omnium oculis, admiratione defixis, objectum est; ut non modò per Saxoniam Germaniamque, sed & Galliam Britanniamque semotæ à nobis gentes;



gentes, ad spectaculum sese tam novum testis effuderint, neque à paucis existimatum sit, substituisse defixum inter astra solem; repetito veteris ævi miraculo, ne victoriam Cæsarum, properatâ nocte intercepere. Hoc in Avilæ atque Illescas historiis, quanquam, ut par, timidè, tum & illius temporis versibus relictum est, quorum fide ista posteris audienda magis, quam credenda transmittimus. Illud indubio verbis afferunt, eodem pugnæ die, & aquilam exercitum in umbras Cæsareum, & lupum in milites de silva effusum, ac disceptum fuisse, casu, an aliquo futurorum præsigio incertum hominibus est.

Certè Imperator Superos magis in hoc certamine, quam vires humanas valuisse professus est. Cum illud post victoriam Asiaticam Caii Julii Cæsarum usitatum symbolum, *Veni, vidi, vici*, modestè inflexo lemmate usurparit, *veni, vidi, at Deus vicit*. Cognitum sub pugnam est, Thumsernum cum milite ab se nuper abducto, tum subsidiariis Bohemorum copiis propediem adfutatum; sed, insigni virtute ac celeritate, Cæsar spem omnem fortunamque hostibus amputavit. Subinde ad Wittenbergam Principem Saxoniæ urbem, & Ducum sedem castra movit Imperator, tibi militari consilio, exploratis suorum opinionibus, capitis Saxonem damnavit, quam Cæsar sententiam constantiori, quam pro religione animo, Fridericus excepit. Id solum precatus, ut uxori liberisque testamento carere sibi liceret, & ne ad illos percederet calamitas, ad quos culpa nulla pervenisset. Ceterum se minimè dicebat sperasse, clementiam Cæsarum in suâ primâ infelicitate terminandam.

Id ubi famâ delatum accepisset Joachimus Brandenburgi Princeps, nihil moratus junctum sibi religione Principem, omni contentione in vita retinendum judicabat. Quocirca properè adfuit, multisque apud Cæsarem sexto Maïdie argumentis, pro salute Joannis Friderici contendit. \* Vide, inquit, ô Cæsar, ne unius hostis internecione plurimorum in te odia resuscites, ut quos tibi per Germaniam Principes clementie opinione conciliasti, tam improviso severitatibus exemplo avertas. Simulatum hactenus inter existimabunt benevolentia, erga summa imperij capita, studium; donec opportunos vindicta inimicos in manibus ferres. Viceisti fateor, Imperator fortissime, atque de hostibus tuis felicissime triumphasti: videndum sane est, ne victoriam ita pretiosam corrumpas à teipso, tuque felicitatis adversariis, irâ atque inclemencia turpiter superatus. Germanorum in te fidem amoremque lenitatem mereri, severitate sola evertere poteris. Hoc gentis ingenium est, quod pœnis parum moderatis affteratur magis, quam corrigitur, & sponte potius quam coacte subest: nec facile servitutem patitur, nisi liberam. Sed ut hæc incommoda ac pericula devit ayris; et amen effugere omnem ingrati animi notam, erga familiam hanc suis majoribus illustrissimam, Austriaeque domini multis beneficiis addictam, non poteris. Occurret multorum animis illa olim hujus gentis imperio gloria, primum ab his possessa, ac per multam retrò posteritatem transmissa. Subveniet benevolentia, tibi olim ad imperij coronam accersito impensa, cum suffragia Saxoni collata in te singulari dignitate ornundum ultrò transtulerit. Cui nist hoc tempore in illa Principis fortuna responderis, oblitterata omnis apud te beneficiorum memoria censebitur; neque gratitudinis neglecta minorem, quam inclemenciam labem, præclarissimæ nominis factorumque tuorum commemorationi asperges. Ad hanc Brandenburgi obtestationem Guilielmi Cliviæ Duci pro affini Principe apud

XXIII.  
Deo Cæ-  
sar acce-  
ptam vi-  
ctoriam  
refert, &  
Saxo-  
nem ca-  
pitis  
damnat.

XXIV.  
Branden-  
burgici  
Principis  
ac dein-  
de & Cli-  
vensis  
interces-  
sione vi-  
tam ob-  
tinet.

- 3547 -

apud Cæsarem intercedentis deprecatio a cessit, quorum autoritate illa sententia severitas mitiori aliquantò pacis consilio inflexa est.

Electos  
statuta-  
men &  
posse-  
sionibus  
privatur,  
perpe-  
tuoque  
addicuntur  
carceri.  
Mauri-  
tius Ele-  
ctor sub-  
stiruitur.  
Gotha  
arx for-  
tissima  
destrui-  
tur.

Cujus tamen gravissimæ Saxoni leges conceptæ sunt. Nam, licet pertinacissimè innovatæ religionis decretis adhæresceret, ante vitam, quām hæresin deser-  
turus; alia tamen quantumvis acerba Cæsar is imperata accepit. Primum septem-  
virali dignitate posthac abstinere est jussus, omni etiam heredibus ad eandem spe ac jure pra-  
ciso. Arcibus deinde omnibus oppidisque à se possēsis, tormentis, armis, cæteroque bellti appa-  
ratu exutus est, nonnullis per Thuringiam locis ad vitæ necessitatem relictis. Denique &  
Albertum Brandenburgicum è carceribus in libertatem ac possessiones prijinas coactus re-  
mittere, tum omni obnuntiare federi contra Cæsarem suscepto. Postremò bona Principis in  
Ferdinandum ac Mauritium pro cuiusque impensis meritisque distributa sunt. In hunc e-  
tiam septemviralis potestas translata est, cum aliquo auri argenteaque onere in Friderici li-  
beros conferendi. Ipse Dux, satis ex vita concessa habiturus beneficij, captivi specie Impera-  
torem sequi jubetur. Wittenberga posthac ceteraque Saxonie urbes, obnuntiantे  
juri ac Sacramento Principe in Cæsar is potestate transiere. Gotham verò inex-  
pugnabilem ejus loci, naturæ artisque beneficio arcem funditus evertere, quām  
cum periculo impensisque belli possidere maluit. Reliquum erat ad absolutam  
Cæsar is victoriam federatum Saxonibus Philippum Hassiæ debellare Princi-  
pem; Bohemorum enim rebellio inter tentatum primò facinus substiterat, jam-  
que veniam, post supplices apud Carolum Legatorum preces, meruisse videbant.

XXV.  
Philip-  
pus Haf-  
fæ Prin-  
ceps me-  
tu Caro-  
libello  
imminē-  
tis, & cō-  
flio Ma-  
ritii aho-  
rumque  
Prote-  
stantium  
Principi-  
se sub-  
mittit,  
durius ac-  
modum  
condi-  
tionibus

Hassus ubi in se arma verti intelligeret, tentatumque Mauritii deprecatione Cæsaris animum, opinione duriorem comperisset, neque demùm alias, quām victi à viatore conditiones exspectaret, maluit fortunarum ultimum, quām vitæ simul periculum facere. Quare Eblebī familiaris sibi hominis consilio & opera per Mauritium & Brandenburgicum, Cæsarī animum, de venia factorum impetranda pertentavit, arcium plerarumque demolitione, apparatuque bellico ultrò Cæsari delato. Pacis igitur leges ab Imperatore conceptæ, ac per Eblebum ad Philippum deportatae sunt, cum adjunctis Principum litteris, quibus suāsum; ne quam earum conditionum exceptione, aut morā detrectaret; alias pacis leges non admissurum Cæsarem. Ejus se potestati tantò submitteret paratior, quanto mitiorem suæ calamitatis eventum præstolaretur. Nihil gravius in illum decernendum, quām oblatæ pactionis literæ tulerint, mortem carceremque perpetuum formidandum non esse ultrò sese dedenti. Cui deinde promissioni suam ipsi fidem apposuerunt. Ceterū pax his Philippo legibus permitta est, ut se suamque provinciam nullā exceptione dedat Cæsari, noxamque suppliciter, ejus advolutus genibus, deprecaretur. Imperii porrò decretis Cæsarisque voluntati paratè obsequatur. Ad judicium imperialis Cameræ non observantiam modū; sed & impensas conferat: communibus viribus sese adversus Turcæ insolentiam conjungat. Federibus ac in primis Smalcaldiæ contra Cæsarem initis obnuntiet. Hostem atque amicum cum Ferdinando atque Imperatore communem deinde habeat, subjectos sibi domi militiaque viros ad idem obsequium extremis etiam suppliciis adigat. Arcium propugnacula solo exæquet, Ziegenhemio tantum Cassellusque ad regionis defensionem conservatis, denique post tradita belli tormenta, apparatuque omnem mil-

militarem centum quinquaginta aureorum millibus noxam defectionis luat. Familia Teutonica alisque Ecclesiae ordinibus, armis erupta restituita, atque in libertatem patriamque Henricum Brunsicensem cum filio reponat. In qua legum capita, Hassum cum liberis totaque patriæ nobilitate ac plebe voluit concedere, Brandenburgico, Mauritio, ac Wolfgango Palatino fide jübentibus adjurantibusque, se adversus Hassum pacta labefactantem, arma sociatis viribus sumptuos. Philippus ad oblatam Cæsaris voluntatem non nihil cunctatus est, & quod septenvirorum in se fidem parum haberet exploratam, aneps consilii fluctuabat, ingratasque Carolo moras attexebat. Quocirca is castra Wittenbergâ movit, præmiisque in ordinum duces, primosque trans Albitum effusos milites distributis, contra Hassiam expeditionem adornabat. Quod ubi Philippus accepisset, præoccupandum extreum discrimen ratus, Halam Mauritio & Brandenburgico occurrentibus 18 Julii ingressus est. Ubi postridie pacis conditiones ad subscribendum oblatæ sunt.

His cum adjectum fuisset, Cæsaris unius esse, si quid controversum inciderit, pacis capta interpretari, novâ suspicione gravioris mali ambiguus hæsit, neque obscurè reluctatus est, cum Atrebatenis Episcopus omni illum metu absolvere conaretur, modò placitis Concilii Tridentini pareret. Quam cum Hassus cautionem nunquam antè appositam aversaretur, Mauritius ac Brandenburgicus Principes stipulatâ manu clam fidem dedere; hoc se illum timore velle absolvere; quod neque ipsi in hujus Concilii sententiam unquam sint discessuri. Accessit Episcopi acerba denuntiatio, indignationis Cæsareæ in Caput ipsius hac morâ provocanda, ut proinde hinc metu, inde spe propellente ita demum conditionibus subscripterit. Liberi, p. generalis Concilii decretis, quo non minus caput, quam membra refermentur, se paritum; ubi Mauritius & Brandenburgensis facturi essent. Sub hæc abutroque Principe ad Carolum, magno Principum ac nobilium confessu circumfusum, deducitur, supplexque ad Cæsaris genua devolvitur, ille, qui nuper extrema rerum pericula priùs experiri, quam hanc subire fortunam decreverat. Neq; antè humo erigitur, quam unus Procerum Guntherodus submissa oratione Philippi noxam justamque Cæsaris offenditionem deprecatus esset, & fidem obsequiumque futuris temporibus incorruptam pollicitus: ac deinde Cæsareus orator Seldus exposuisset Imperatoris clementiam in pessimè meritum clientem; ut quem à proscriptione, à bonorum omnium multitudine, ac supplicio denique & carcere perpetuo eximat, leni solum pacis legibus comprehensa pena castiget. Quæ cum ultrò citròque expposita essent, se se Philippos actis gratiis, sed nullius iuslī in pedes extollit, cui neque dexteram, neque aliam benevolentia significationem Cæsar dedit. Unde conturbato atque hostium, circum tacite applaudentium, ora intuenti, nihil ista abjectione, ut elati erat animi, asperius evenire potuit, cum præter ceteros Procerum Brunsicenses suos nuper captivos aspiceret.

Albanum deinde cum Electoribus ceteris ad cænam evocatus adiit; ubi, postquam horas aliquot inter epulas lusumque absumpsiisset, à Mauritio ac Brandenburgico intelligit custodiam sibi, quantumvis illis obnitentibus, paratam. Miserum est quantum ea denuntiatio Hassum præferocis ingenii virum concitaverit.

XXVI.  
Metuens  
tem Phili-  
pum  
Cæsarei  
Principes  
fide sua  
interpo-  
sita, cri-  
gunt.

Triden-  
tino se  
paritum  
certis  
condi-  
tiomibus  
recipit.

XXVII.  
Hassus  
summo-  
pere in-  
dignatur  
se ad ca-  
stodiām  
destinari.

1547.

\* Ergone, inquit, contra ius gentium, fidemque, & privatam vestram, & publicam Cæsaris vinculis includar? voluntate meâ, non necessitate coactus venio. Hac fortuna postquam omnia bello expertus fuisset, postrema mihi esse poterat, quâ tamen mors ipsa fuisset honestior. Nunc ubi arma depositi manibus, ductu consilioque vestro, hostili denique injuria opportunus videor. Quibus inter homines credendum erit, si & Cæsari & Principibus jusjurandum ac fides præstata vilù est? Videte, quo hac orbis totius, quo Dei vindicis judicio perpetrentur. Ipsi falsò quidem illudere, huic nunquam poteritis. Erit, erit, cum hanc de cælo perfidiam justissimâ ultione perstringet. \* Uterque Princeps, ut hominem indignatione concitatum, ad aliquam animi quietem componeret, sacrorum profanorumque attestatio se innoxium insciunque hujus consilii professus est, suamque apud Cæsarem intercessionem pollicitus. Quod postridie ita sedulò serioque ab illis præstitum est, vix ut indignatione abstinerent, certè oratio acerbatis atque emicantis jam tum in Cæsarem odii felle aspersa erat, cum se perfidiæ fraudulentæque passionis argui quererentur. At negabat Cæsar falli fidem, de perpetuo cautum carcere, de temporaria custodia nihil definitum. Hac abire rebus nondum expeditis non posse. Eversæ igitur Hassiæ, Philippi mandato, arces, æneæ machinæ, quæ ad quingentas pervenire, Carolo delatae, argenteaque multæ exsoluta, quam ex Hasso aliisque Lutheranorum ad sexties decies centena aureorum millia ascendisse ferunt: ut eis, quibus hostes nudabat opibus, seipsum Cæsar armaret. Nec tamen sperata Philippo libertas, obtestatione intercedentium Principum, quavis potuit importunitate extorqueri, adeò Carolus Philippi, nuper à se humanissimis frustra officiis culti, ferox ingenium, vel aversabatur, vel etiam formidabat. Quod ut rebellantium primum, ita ultimum fore in libertate existimat. Verum non satis perpendebat Cæsar, rumpi nonnunquam vincula, dum atènimiū adstringuntur; pilasque à tormentis excussas, cum in duriora corpora incident, reverberari, severitatis clementiæque temperamentum in Principibus semper viris optimum esse habitum, sufficerat, hunc Leonem suis jam esse unguibus exarmatum: ut si omnino adhuc nocere, certè minùs posset.

XXVIII. Hæc Cæsar istam severa felicitas Bohemos, armatâ jam militiâ in rebellionis Bohemi societatem adductos, magnopere conterruit. Unde Ferdinandum Regem cum exercitu adventantem Pragenses in urbem admittunt, supplicesque intercedente Augusto Mauriti fratre, cum Ferdinando Regis filio, se dedunt, ac rigidis X Iuli legibus plectuntur: convulsis habitorum ante privilegiorum federumque sanguillis, bellico instrumento in arcem abducto, autoribusque rebellionis addictis carceri. Ex quibus è nobilitate plerique fugâ subditi, famâ fortunisque omnibus multati sunt. In Casparis Phlugii Archistrategi caput aureorum millia quinque percussori constituta. Reliquæ porrò urbes Pragensium exemplo ad obsequium pœnamque venire, conducibili Regi defectione, quam talis pœnitentia absolvaret.

XXIX. Verum, ut amplæ latèque diffusæ vestes, dum lacerantur, diversis locis sarcinendæ sunt, ac quandoque dum alibi reficiuntur, scinduntur alibi; ita Carolofatum, cui Neapolitanum propemodum regnum hæresi ac rebellioniæ scissum est, dum

*Et Pro-  
testantes  
apud Cæ-  
sarem  
Princi-  
pes acer-  
bè que-  
runtur,  
sed re-  
pulsi.*

*XXVIII.  
Bohemii  
armis  
positis  
ultrò fese  
Ferdinā-  
do ad  
pœnam  
submit-  
tunt.*

*XXIX.  
Thom.  
Cœsus  
Siplem.  
Mambri.  
14.*

dum Germanicum instauratur. Bernardinus illic Ochinus Senensis origine, professione Monachus, & officio Generalis Capuccinorum, ad quos ex ordine Observantium transierat, in populis pro concione ciendis ducendisque potens, à Joanne Valdesio Jurisperito Hispano, Lutherana inter Germanos scabie correpto, eadem infectus prurigine, hanc pestilentia auditoribus afflare habitu cœperat, favebatque proposito Petrus Vermilius, postea Martyr dictus, gente Florentinus, ordine regularis Clericus. Serpente latius contagione Petrus Alvarez Prorex assensu Caroli Inquisitionis illuc tribunal, Dominicanis olim adversus Albigenses commissum Patribus, introducere statuit, sed, quod nata illic persuasione vulgus illud non tam religionis, quam quæstus fortunarūq; occupandarum studio adducendum crederet, tantâ repente seditione plebs concitata est; ut Prorex extra discrimen vitæ non consisteret; donec palam juratus addiceret, de Inquisitione nihil cogitandum, tantâ rursum populi gratulatione, ut festivis urbs ignibus triduo paſſim colluxerit. Re ad Cæsarem delatā, urbs XII Augusti jussa est arma in Proregis consignare manus, iteratoque Sacramento obedientiam Proregi addicere, & centum aureorum, pro mulctâ, dependere millia. Quanquam hujus deinde poenæ facta sit gratia. Ochinus Romam ad dicendam causam vocatus, Petri Martyris consilio, unâ cum scorto (novæ religionis gratiâ ducto) Genevam concessit, atque istic turpissimam, calumniisque pro more in Romanos saginatam Apologiam texuit. Quo facinore concitatus Pontifex, innocentem cetera ordini pñne interitum est machinatus, ut si, ob capitum ulcus, toti incisio corpori adhibenda esset. Postea ipse ac Martyr, Moniali etiam copulatus (ne sacra carerent suæ fidei anchora) in Angliam, sub Eduardo, venerunt, Oxoniensis istic Academiæ studiis autorati, in qua Martyr, tanquam inter stellas luna minores, mediâ hæresum nocte, excelluit. Ochinus, sub regnante Maria, inde in Polonię ejus, SS. Trinitatis hostis, & polygamia amicus, mirabili Metamorphosi à Judais, o ad Christianam religionem moriens, ceu mersa in portum navis rediisse fertur.

Amisit & hujus anni MDXLVII principio V Cal. Februarii Carolus, amicum nescio an hostem, Angliæ Regem Henricum, libidinis, avaritiæ & crudelitatis, post fidem Deo proditam, exemplar ultimum. Qui Catharinâ materterâ Cæsar is è thalamo proscriptâ (ex qua Mariam suscepérat) Annam Bolenam meretricem unâ Elisabethâ secundam, atque illâ per Carnificem sublatâ, Joannam Seimeram duxit. Unde Eduardus puer superstes, regno sub Tutoribus per Henicum præfensus est, iussusque catholice educari; sed primatum retinere Ecclesiæ, ne forte Patrem errasse filius correctus testaretur. Sed, ut ad declivia facilior, quam ardua transitus est, Tutorum præcipuus Eduardus Herfordia Comes, Seimeræ frater Zwinglianâ infestus hæresi, favente Cranmero Archiepiscopo Cantuariensi, & Regem, & regnum eadem lue infestus quod Henricus hac tenus caverat, solius primatus arrogatione à Catholicis divisus. Quamquam Cromwelli, perditissimi hominis, consilio, Monasteria & Abbatias per universam Angliam everterit, resistentibus ad furcam, ignesve condemnatis, Ecclesiæ opulentiores paſſim ex-

1547.  
Neapo-  
litani ob  
Inquisi-  
tionis  
tribunal  
rumul-  
tuantes  
Cæsaris  
autora-  
te com-  
ponun-  
tur.

XXX.  
Henrici  
Anglorū  
Regis  
mors, &  
vitia.  
Flor.  
Raml. G.

1547.

hauserit, sepulchris Martyrum quoque spoliatis profanatisque, ex quibus (ut S. Albani Protomartyris Angliae, ac D. Edmundi Regis cineres violatos non memorem) Thomam Archiepiscopum sepulchro erutum, inaudito haec tenus judicio publicè condemnatum, quod Henrico II olim Regi in Ecclesiasticos jus sibi arroganti adversatus esset, omni sanctitatis titulo ac honore, exuit, interminatus mortem omnibus eum veneraturis, quem innumeris claruisse miraculis exploratissimum fuerat. A templo vero ipius opes thesaurumque, sex boum plastrum onerantem, transstulit. Neque tot Ecclesiarum opulentia, inexhaustæ illius aulae voragini explendæ sufficiebant; sed æstimatis totius Angliae possessionibus, plus quam tertiam honorum partem regio fisco vendicavit, nemine jam, post innumeris sacrorum profanorumque hominum cades, resistere auso. Quibus improbe, velut in charybdim congestis, adhuc moriens egere compertus est. Illuserat quinquaginta hominum millibus in rebellionem principio coortis, seque conciliacionem cum Romana Ecclesia moliri persuaserat, sed his ea arte distractis, perque suos ministros ad obsequium coactis, tyrannidem homo in homines incomptam haec tenus exercuit, autore præcipuo malorum Cromwelli, quem tam postquam federi Schmalcaldico adversus Carolum, Henrico ignorante, aut certè dissimulante subscriptisset, idque Cæsar, tanquam perfidiosum facinus exprobaret Regi, Cromvellum jam ob fastiditas cum Anna Juliacensi, quas suaserat, nuptias aversanti (ut mulierum amor odiumque pondus illi decretorum erat) carceribus inclusum, ultimo infamique supplicio, & inauditum quidem, ut ipse nuper in crimen læsa Majestatis sanxerat, è medio sustulit, dignior in unquam victimâ Themidi operatus. Porrò Rex innumera Procerum nobiliumque cæde purpuratus, ex quibus Cardinales duo, Archiepiscopitres, Episcopi XVIII. Abbates XIII. Sacerdotes D. Decani XXX, Canonici LXXIV, Doctores Theologiae L, Duces, Marchiones, Comitesque XII, Barones XXIX, Nobiles CCCXXXVI, præter reliquam multitudinem, censentur, ipse denique siccâ, quod stupendum est, morte defunctus, ambiguo inter pœnitentiam pertinaciamque exitu, post Sacra mentis ritu Catholico reverenter ex genibus suscepta, decessit; nullis deploratus suorum in funere lacrymis, ut quibus eidem abunde in vita litassent.

XXXI.  
Francisci  
Galliarum  
Regis mors  
& virtutes.

Bellaius  
in fine  
hist.  
Thuan.  
lib. 3.

Franciscus illius obiit, quem novo sibi adversus Carolum federe addixerat haud leviter turbatus, & ipse non multò post pridie Cal Aprilis, occubuit, alter id temporis Europæ oculus, magnusque togâ ac sagô Princeps. Capacissimæ ad quævis officia mentis, omnes regni fines, populos, viresque exploratè tenebat, quid quæque regio pace belloque posset, quam hosti & amico opportuna, perspexerat, domi inter eruditorum hominum senatum, multas jucundo eruditioque otio horas exigebat, ac quidquid pœnè naturalis historia rarum amoenisque de animantibus, metallis, herbisque possidet, amplissima rerum memoria complenus erat. In his Guilielmus Budæus ob eximiani eruditionem Galliæ portentum dictus, facile eminebat, cuius ope consilioque Lutetiæ celeberrimis artium professoribus auctæ, eximiâ disciplinarum luce claruere, Bibliotheca instructa est, exqui-

exquisitissimis ad illam non per Europam modò, sed & Asiam contractis volun-  
minibus. Ceterum ex ære regio, tot bellorum literarumque impendiis sufficien-  
te, arces excitavit, omnem Regum superiorum magnificentiam superantes. In  
quibus unum ad Campoburgum tantæ amplitudinis dignitatisque opus est, ut  
omnium in Europa Regum simul esse hospitium possit. Ad hæc quidquid in sig-  
nis tabulisque, in aulæs tapetiisque aut artificio, aut pretio rarum hodie in Gal-  
lia Regum palatiis extat, ejus ferè curâ industriâque paratum est. Ut mirum o-  
mnino sit in minori longè tributorum censu, quam modo per Galliam penditur,  
non tantum alieno exsolutum ære Regem, sed ultra 400 aureorum millia ærario  
esse relictæ. Quantus sanæ fidei pietatisque cultor fuerit, argumento esse poterit,  
difficillimis per Galliam temporibus orthodoxa religio abs Rege constanter  
defensa, ignibusque aut gladio absumpti Ecclesiæ perduelles, tum illa insignis  
demissio, quam captum memorant, dum fortè templum inter hunc Psalmi versum  
(Priusquam humiliarer, ego deliqui) subiret; has velut cœlo missas voces accepisse,  
atque exclamasse. Ita est Domine, deliqui & meritò humilior. Multæ in Rege cùm  
civiles, tum religiosæ virtutes aliae, quas tam humanâ morum facilitate condie-  
rat, ut nec ab hoste contemni posset. Sola (uti nemo est vitiorum omnium ex-  
pers) contracta suspectaque cum feminis quibusdam familiaritate, & suscepta  
cum Carolo æmulatione displicuit. Multis sanè cladibus iri obviam maturiori  
æquiorique pacis consilio poterat, nisi, in magna utriusque gloria, non inferior  
invidentia regnasset. Bella tamen cum Carolo ita gessit, ut cùm nunquam illi  
virtus ac consilium, fortuna nonnunquam defuerit. Par, dignusque Europæ to-  
tius imperio, nisi eodem illa tempore Carolum habuisset.

Ad hunc igitur ut revertar, Romanus Hierarcha Paulus, ubi illam Cæsar is de XXXII.  
utroque hoste cognovisset victoriam Deum, cui hanc acceptam ferret, supplica- Belcar. I.  
tione solenni veneratus est, tum post ingentis latitiæ edita, publico triumphan- 24. Na-  
tum plausu, argumenta; Carolo in frequenti Cardinalium senatu maximi & for- tal. l. 3.  
tissimi titulos attribuit. Facile enim intellexit vir prudens, quantum hæc una vi- Surius in  
ctoria momenti ad rem Catholicam allatura esset. Quod, ut fieret, à Carolo de- comm.  
inde actum est diligentissime. Nam qui hastenus rebellionem solam altissimo  
consilio oppugnare visus, nunc fractis hereticorum antesignanis, heres in ipsam,  
arte tamen magis, quam vi adortusest. Quod etiamnum parum turbò omnium si- Thuan. I.  
mul inimicitias suscepturus esset, videretque quantum sibi in hoc negotio in- 4. Schle-  
cumberet operæ, qui cum illorum contumacia luctaturus esset, quorum Duces, dan. l. 19.  
neque inter vincula constrictos, à perfidia ad sanam mentem licuisset traducere. Palau.  
Intelligebat sanè Carolus, quantum in uno Numinis cultu sacrorumque com- l. 10.  
munione ad stabilem regnorum quietem momenti esset. Animos subditorum  
nullà perinde re, quam veri Numinis reverentiâ in obsequio detineri, qui si di- Carolus  
verso religionis studio in diversas sectas abierint, æmulatione brevi odiisque  
tranquillitatem publicam subruendam, humanam fidem diu inviolatam non fo- à Pontis  
re, ubi divina intercederit, valitaram è diverso, ubi conciliata de superis opinio- fice ho-  
ne eadem omnium animis infederit religio. Hanc regnorum fundamentum esse, noratus  
ad reli-  
gionem  
instau-  
randam  
conver-  
titur,  
quam

1547. quam qui negligat, ruituro brevi solio impositum; quod cum religione stare videamus, & cadere imperia.

**XXXIII.** Igitur conciliandum sibi ante omnes Mauritium ratus, hunc in castris ante Wittenbergam loco Friderici patrue lis sui Electorali dignitate, & Saxonie possessione cumulat. Quæ tamen postea in Comitiis Augustanis XXIV Febr. solenni cæremonia in consensu Electorum inauguracione, juxta Bullam auream peracta est, Friderico, cuius hac in re magnanimitatem jure admireris, ex apposita custodiæ specula ritum omnem observante. Deinde cum illo, aliisque Principibus actum, sua ut Catholicis bona redirent, Ecclesiis arisque pristinus cultus, atque observantia redderetur. Errore non levi Imperatoris, qui antè Mauritium orthodoxo sibi religionis studio, quam his novæ dignitatis ornamenti obstringere debuerat, ne cum Romani nominis inimicum extolleret, suis hostibus vires potestemque augeret, & propria, quibus aliquando vinceretur, arma adversario concederet; verum munifico Cæsari promissorum in se fides, cum alieno etiam perfidiæ tolerandæ periculo, violanda minime videbatur. Animadversum quoque in Agrippinatem Archiepiscopum Hermannum Lutheranâ tabe infectum, nuper Episcopali à Pontifice, nunc à Carolo dignitate etiam electoralni spoliatum. Cui Adolphus Schauenburgicus Caroli ac Pontificis voluntate surrogatus est.

**XXXIV.** Firmiori tamen per Germaniam paci stabiliendæ Imperii ordines Ulmam primùm convocati, ac mox pestilente illic morborum contagione sparsâ, Augustam ad Cal. Septembris translati sunt; ita celebri frequentiâ, ut septemvirorum deesset nemo, inter quos Mauritius atque Adolphus recens inaugurati censebantur. His accessit Ferdinandus, rebus jam in Bohemia compositis, cum utroque filiorum Maximiliano ac Ferdinando. Cardinales duo, Christophorus Madruceius Tridentinus, & Otho Truccelius Augustanus, quibus tertius Nicolaus Sphondratus, Pontificis vice adjunctus est. Præter quos Clivensis Princeps Guelphicus, Henricus Brunsvici Princeps, Maria Cæsar is soror ac plerique è Germania Procerum aderant. Comitorum exordio Cæsar per illum, qui à secretis adstabat, repetitâ ex scripto superiorum annorum memoriâ, & suum ad firmandam Germaniæ tranquillitatem salutemque studium, & an issæ pacis, ductam ab heresi originem, luculentâ oratione declaravit. \* Porro nullum durature quietis superesse remedium, nisi crescentis odij seditionisque venenum ipso in fonte exsiccatur, & infectâ perfidiae tabe membra ad sanitatem mature revocentur. Prudentium virorum judicio illam vulgi temeritatem adstringendam esse, ne fas cuique sit suo arbitratu leges religionis condere. Huic rei generale totius Europæ Concilium, ad quod rerum divinarum sapientissimi quique adhibeantur, per quam videri opportunum. Procerum illud Germanorum voluntate, Tridenti nuper coactum esse, ad cuius arbitrium, non minus ex humana ratione, quam veteris Ecclesia instituto æquum sit accedere. Etiam atque etiam sese id flagitare, omnemque omnibus via locisque securitatem addicere. Publico huic consilio privatam deinde admonitionem addidit quâ illud quidem impetratum est, ut Palatinus Saxoniae, Electores, tum & civitatum Legati, Conciliis decretis sese obsecuturos promitterent: licet plerorumque animus extra verba consisteret.

Ita.



Itaque Cæsar eò curam cogitationemque suam convertit, ut Patres Tridento  
pestilentia suspicione Bononiam ejectos ad pristinam Concilii sedem revoca-  
ret; ubi Hispani Germanique Præfates non pauci, ab omni contagione intacti et-  
iamnum, voluntate Caroli substiterant. Missus ejus rei gratiâ ad Paulum Ponti-  
ficiem Madruccius Cardinalis Tridentinus, qui & privatim & IX Decembbris in  
Cardinalium senatu publicè Cæsaris, Ferdinandi Regis, atque Imperii totius no-  
mine Concilii revocationem Tridentum flagrantissima oratione postulavit; ut  
*ex quâ Germania jam ad Concilij autoritatem admittendam paratæ, salus, Ecclesia totius*  
*incrementum; Romana Sedis deus; gravissimæ in religione iacturæ reparatio, tanto bello-*  
*rum discrimine, tantisque impensis questra, velut ex bilance suspensa penderet; amittenda,*  
*vix excusando coram Deo hominibusque neglectu, quem purgandum in se hoc extremo Cæ-*  
*sar conatu sferet. Interea ne quid existimat, in fraudem Romana libertatis, pro electione*  
*novi Pontificis (si, stante Tridentino Concilio, Paulum mori contigisset) Carolum, aut suc-*  
*cessorem moliri velle, fidem hac in re obligare Cesaream, non obstituros se quod minus id Ro-*  
*me, antiquoque more Patres liberè exequantur. Ut revera deinde præstitum fuit,*  
quando gravissimè sibi in hac Concilii translatione adversantem Cæsar, Mon-  
tanum, passus est, Pontificem designari. Alterum Madruccii postulatum Cæsaris  
nomine erat, ut aliquem Pontifex in Germaniam Legatum, plenâ instructum potestate,  
destinaret, cuius ex sententia corrupti mores sentiendique in Germania libertas certis legi-  
bus, usque ad Concilij Tridentini exitum, adstringerentur. Ethujus quideam, haud diffi-  
ciliis deliberatio, assensusque erat; sed illius tam implicata, totque suspicionibus  
exulcerata ratio inventa est; ut quod Protestantibus ante nolentibus obtrusum  
fuerat, hoc volentibus modò, & ipsis, & Cæsari negaretur. Fremente nequic-  
quam Carolo, quod potissimum hunc spectatæ victoriarum fructum, sibi è manibus  
extortum videret.

Paulus, ut negatæ reductionis invidiam, dissimulato privatæ offensionis ulce-  
re, in alios derivaret, ex sententia Cardinalium illius decretum ad Bononiense XXXVI.  
Concilium rejecit, licet intelligeret mandatum à Cæsare Oratori suo Jacobo Pontifex  
Mendozæ, ut, nisi aquis Pontificem haberet precibus assentientem, vitii Bono-  
niensem conventum palam argueret. Neque Montanus Concilii Præses his ad Bonos-  
minis consternatus, ex Patrum Bononiensium sententiâ rescripsit. Visum omnibus niente  
de reditu ante constituendum non esse, quam Episcopi, qui Tridenti saceroto translationis legi-  
timæ decreto, substitere hactenus, suis adjungantur. Bononiam his prius, quam sibi Tridentum adeundam videri; ne præmium aliquod pertinacia, obsequendi studium pœnam habeat.  
Deinde Patribus debere exploratum esse de mente Protestantum: velintne decretis Concilij  
non ferendstantum, sed jam lati etiam receptisque ab Ecclesia parere. Hec enim retracta-  
re, jam spiritu Ecclesie divino firmata, nefas fore. Tertio, cùm increbuerit populari iudicio  
tantum assensu, d'sertius hoc ipsum exponendum esse, ne Synodus non tam ab ipsis admis-  
sa, quam delusa videatur si à veruissima Ecclesia consuetudine, per Episcopos controversa  
definiente, recedendum putent. Quartò, libertatem singulorum, quam univerorum Pa-  
trum cautum esse debere; ut manendi abeundi penes eosdem sit arbitrium. Quintò pro-  
videndum ne his in ipsis diutius protrahatur, sed absolvendi, cum opportunum est, potestas Pa-

1547.

*tribus sit integra. Hæc XX Decemb. conclusa, & postero die Romam missa, urgente Mendoza in feriis Natalitiis festo S. Joannis a Pontifice exposita probataque fuere. Qui, licet egregiam in Germanos Cæsaremque voluntatem prolixè exponeret, ab hac tamen sententia, quæ illæsam Concilii Ecclesiæque libertatem tueretur, negavit, sibi fas esse defletere. Mendoza, ubi & Bononiensem cætum Synodi autoritate uti, & Paulum ejus accedere decretis videret, protestationem sibi imperatam, quâ testaretur Cæsarem Germanosque hanc illegitimatam multisque partibus vitiosam censere, oppositus erat, nisi intercedente Decano Purpuratisque distulisset: donec communicata Cæsari Patrum sententiâ ejus deinde voluntatem cognovisset. Quare Mendoza rei gestæ seriem cum Bononiensium postulatis Augustam transmisit.*

Noxia  
hac cun-  
Etatione  
experi-  
vatis cō-  
modis  
ducta,  
Cæsar is  
& Con-  
ciliis vis  
e anguit.

XXXVII  
Galli  
Pontificē  
in cun-  
q[ue]rone  
fovere.  
Quo  
dissidia  
inter Cæ-  
sarem &  
Pontificē  
ob eadē  
Aloysii  
fili con-  
fessarunt.

Non erant hæc obstacula, quæ perrumpi à volentibus non potuissent, si, ut par est, dilati Concilii damna ponderasset. Cujus obsequium Carolus, etiam in copiis sibi adhærentibus potens, metusque Protestantibus recens incussus, facile persuasurus Germanis erat; quod deinde inermis Cæsar non poterat. Neque necessarium erat, ut hujus decreti sententiam ad Italiae Episcopos, Tridentum avertatos, ac suffragio plurium Europæ nationum, quod ad œcumenicum necesse erat Concilium, Bononiæ destitutos rejiceret Pontifex; nisi recusandi invidiam hoc artificio à se in alios, quos dissensuros prænoverat, derivare studuisset: ut iisdem hoc conatu, autoritatem legitimi Concilii tribuisse videretur, quam Cæsar Germanique ac Hispani, qui suppare numero XXX Episcorum Tridenti substituerant, Bononientibus denegabant. Cum illorum post adjunctos Gallos pauci supra quadraginta essent, quos accessuri propediem Tridentum Germanorum Episcopi, haec tenus bello intercepti, facile exæquassent. Verum Pontifex hac tergiversatione Placentiam nuper in Cæsaris potestatem infelici Petri Aloysii Farnesii ejusdem filii exitu, X Sept. redactam, denuo obtenturum se sperabat, quæ etiam de causa Fabium Mignanellum ad Carolum destinarat, qui ex Placentiæ restitutione spem Synodi Carolo faceret; ut Mendoza Romæ Paulo ex Synodi reductione spem Placentiæ recipienda faciebat. Sed ut Mendoza Pontifex; ita, velut reciprocante Echo, Cæsar Mignanello responsabat; privata publicis misenda non esse, ac turpe videri, si venalem faciant æquitatem. Adeò, quod alter ab altero captabat beneficium, esca erat, sed in hamo proposita, quam neuter admordere prior vellet.

Unde majoribus indies simultatibus atque odiorum igniculis succensi mutuo dissidebant, Gallis follem huic foco subministrantibus, qui & suos Bononiensium Episcopos miserant, ut Patres in figendo illic Concilio stabilirent; postquam secundis Carolum bellum fretum successibus, Germanorumque junctis rursum viribus, sibi maximè formidandum evasisse cernerent. Cæsar Pontificem conjurationis aduersus Archithalassum Genuensem Andream Auriam per Fliscanos cœptæ participem asserebat. Ille Cæsarem Petri Farnesii Placentiæque occupata atque Ecclesiæ possessionibus subductæ reum agebat. Delictum utriusque anceps erat. Ludovicus enim Fliscus Lavinia Comes & mutatione Auriacæ familiæ, in-

ter Genuenses summâ potentâ opibusque elatæ succensus; cùm sese Farnesius, Andreæ Auriæ, ob privatas injurias offendis, adjunxit, horum viribus, quos Placentia & Parmæque Duces creaverat Pontifex, Auriæ à se oppressum iri sperabat, & Genuam ad Gallostraducendam. Sed fecellit conjuratio, & Aloysius privatis injuriis vitiisque nobilitati, civibusque ingratissimus, Ferdinando Gonzagæ, Prörege Insubrum favente, X Septembris infelici exitu hanc cladem præverit. Siquidem à conjuratis propriâ in arce trucidatus, occubuit. Cadaver ex arcis muro ad ludibrium, spectaculumque civibus gratissimum, pependit. Deinde actum in fossas præcepit, atq; hinc in vias extraictum, omni contumeliaz plebis hostiumque patuit, ac vix denique sepulturæ gratiam invenit, ingenti Pontificis, Farnesiorumque nepotum, quamvis innocentium probro. Urbs deinde præsidio à Gonzaga immisso ad Cæsaris fidem transiit, post quam Sandomirium, Castellum Guelfi, aliaque etiam loca Cæsaris militem admisere. Et Placentia quidem ac Parma olim Insubriæ juncta, & quoddam velut ejusdem propugnaculum, immiterò abstractæ esse à Cæsarianis ferebantur, neque induci iccirco Carolus potuerat, ut Ducatum Farnesius stabiliret.

Henricus Gallorum Rex hanc sibi aversi Pontificis à Cæsare occasionem minimè negligendam ratus, Carolum Guisium Lotharingiæ Ducem, purpuratorum collegio recens adscriptum Legati nomine submisit, qui & suam indicaret à morte patris electionem, & obsequium fidemque à se omnem adversus Ecclesiæ hostes, cuius & primogeniti, & defensores Galliarum Reges semper extitisserunt, prolixè deferebat. Contraque Legatus Pontificius Capriterreus Regi de felici successione gratulatus, urgebat, suos ut Bononiam potius Episcopos, quam Tridentum destinaret, ubi Cardinalis Pacieucus cum Episcopis Imperatori obnoxii refractariè subsisteret. Nec in hoc officio Henricus defuit, quanquam decrepitâ jam Pontificis ætate, parùm ad stabile fedus idoneâ, illi adversus Carolum, Francisco Patri metuendum, & sibi maturis nondum rebus minimè irritandum, arma timide, suspensâque velut manu, addixerit, nec nisi ad solius Placentiæ restitutionem vertenda.

Pontifex Galliarum Regis favore audentior, sequentis Annî MDXLVIII exordio, responsum ad Germaniæ Episcoporum Augustæ collectorum literas per Cæsaris quoque Legatum oblata dedit. Excusaverant illi suam à Tridentino hactenus Concilio absentiam, bellorum incumbentium necessitatibus, non suæ voluntati imputandam, tum verò dolebant dissolutam translatamque properè, se atque Imperatore insciū sy nodum. Denique eisdem Tridenti, opportuno Germaniæ loco, instaurationem serio magnisq; argumentis, ob spem reducenda nationis suæ ad fidei Romanæque Ecclesiæ obsequium, urgabant, ac postremo, nisi id fieret, alia consilia rationesque expedienda rei suscipendas esse affirmabant. Quâ interminatione, cogendi à se, vel in Germania, vel Tridenti plurium etiam nationum (quibus Bononienses superandi videbantur) concilii suspicionem ingerebant. Quo tamen schismatis metu Cæsaris deinde pietas, ac post repulsam quoque, constantia fidei Romanos liberavit. Quanquam alia, parum iisdem probata, hæresis impedienda, consilia suscepserit. Cum Romanis ac Pro-

Belicar. I.  
25. §. 4.  
Henricus Rex  
Gall, Francis  
successor  
Pontificis ad  
versus  
Carolum  
gratiam  
captat.

An. 1548  
XXXVIII.  
Germaniæ Epi-  
scopi cō-  
cilium  
restitut  
etiam  
minaci-  
ter po-  
stulant.

1548.

Pontifex  
corda ē  
negat,  
acriterq;  
ab aliis  
conven-  
tibus eos  
revocat,

testantibus satisficeri ex æquo non magis posset, quād ignis aquæ conciliari. Pontifex igitur, & propria indignatione, & Gallorum pollicitatione animatus, cor- datè Germanis respondit: Laudare se quidem illorum studia voluntatemque in religio- nis negotio susceptam verū ut translati Bononiām Concilij ipse auctor non fuerit, sed Pat- rum suffragatione, quorum ea potestas, huc transitum sit; ita eorundem quoque voluntate Tridentum redeundum. Quibus vero legibus ad redditum se offerant, ex adjunctis eorundem postulatis cognosci posse, quæ & Casaris Oratori Mendozæ exhibita fuerint. Quod vero in calce literarum adiiciant, negato Tridenti Concilio, aliam sibi expediendarum rerum viam ineundam esse, iis se minimè ternerī, siquidem & sua in Germaniam voluntatis, & exploratæ ipsorum constantia in mentem veniat. Quod si tamen neglecta Romana sedis autoritate, gravius quicquam in religionis negotio attenterint: non iccirco formidandum Ecclesie, suā in petrā contra omnem adversantium impetum constitutæ. Illorum magis sortem dolen- dam timendamque, qui tam fluxa fide aversi, obtemperare nolint, nisi suis ante cupiditatibus obtemperanti, & contra hunc stimulum calcitrent, qui graviorem, quam accipiat, pla- gam reponat. Proinde, ut in suscepta fide constantiaque, quam præstiterunt laudabiliter ha- citenus, porrò constanter, nec diversa ab Ecclesie dignitate consilia suscipiant, privatisque se conventibus ad indigna sancienda abripi patiantur, id hortari se comprimis, atque ab ipsis etiam flagitare.

XXXIX.  
Cæsar  
per suos  
Legatos  
Concilium  
Bononi-  
ense vitii  
arguit.

Imperator itaque explorata per Oratorem mente Pontificis, Procuratores suos primum Bononiæ, deinde Romæ, graviori minari contestationis publicæ fulmine jussit, palamque illegitimam Concilii translationem denuntiare. Unde Bononiæ Franciscus Vargas Castellani fisci Procurator, cum Martino Soria Velasco XVI Januarii ad Concilium admisli, cùm exhiberent mandati Cæsarei litteras ad Conventum Bononiensem, postularentque Scribas ac testes suos, contra quam in Pontificio senatu assolet, introduci, biduum in deliberationem absum- ptum est; ac deinde ea cautione in 44 Patrum confessu auditu sunt: ne, cùm Cæsar sanctam hanc Synodum injuriā conventum appellat, hujus ignominiae dissimulatio quic- quam Synodo dispēndi, aut emolumenti Oratoribus in causa præsenti adferat. Tum vero, ubi Vargas hac præfatione exorsus est: Adsum hic legitimi Cæsaris Procuratores, Montanus Præses interpellans dixit: Adsum & ego verus indubiat. Pontificis Legatus, nāque adsum legitimi, & Oecumenici Patres. Post quam interpellationem, mandata Cæsaris exhibita lestaque, ac dein à Velasco prolixa Cæsaris contestatio exposita. Quā commemoratis principio, quæ & Cæsar & Pontifex pro Concilio Tridenti insti- tuendo moliti sint, quodque illud hoc loco Germanis potissimum sibi invicem, Ecclesiaque in una religione conciliandi, institutum esset, qui cum ratione non potuerint, armis denique ad obsequium divina ope inflexi sint. Cum interea Patres mōre impatientes, conficta repen- tē morbi causā, Pontifice etiam, ut fateantur, inconsulto, multisque Patrum & dissentien- tibus, & ab omni contagione innoxie persistentibus, tunulcūs Bononiām parte magnā ab- scesserint, eamque ad urbem, quam in Pontificis dominatu sit am Protestantes aversentur, quæque ad abrumpendum magis, quam prosequendum concilium delecta videatur, & unde nunc Protestantibus ad concilium Tridenti admittendum paratis, redire frivola obtusione postulaturum graventur. Non ignorari causis gravissimis necessariisque rogante Cæsare, per-

160-



tentibus Germanis, assentientibus Christianis Principibus, jubente ipsomet Pontifice, Concilium Tridenti congregatum fuisse, nunc verò his omnibus, vel invitis, vel ignorantibus, vano Injuriam pestis, nunquam illapsa, metu, relictis Germania, quo confluxerant, finibus, in Italiā discessisse, & solos penè Italos, ceteris Episcopis nationibusque destitutis, neglectā salute publicā dissolutū iure petiū restituit, gratiā viterque Casare Protectore, Ecclesiā periclitante, ac Pontifice nil tale imperante; cùm tam mens sine iisdem, quibus conflata hoc loco erat Synodus autoribus, solvi transferrique alio, prasertim deficiente causa, non potuerit. Rogare igitur postremo & magnopere quidem Casarem, ut habita cùm periculorum que Ecclesia ex hac dissolutione immineat, tum autoritatis sue, qui Ecclesie Synodorumque Patronus sit, ratione, Tridentum sese recipient, ubi pacata illis ac tutta futura sint omnia. Id si minus impetrari queat, protestari per se Casarem Concilij translationem frivolam, illegitimamque, ac nullius deinde ejus decretū momenti fore: responsum verò ipsorum Pontifici datum, ineptum, delusorium ac segmentis plenum, & si quid in commodorum hinc incumbat Reip. ipsis autoribus tribuendum. Casarem porrò tanquam Ecclesiæ protectorem, illius etiā sine ipsis curam suscepturum, quantum, & jure, & sanctorum Patrum legibus concessum fuerit. Quæ compendio à me dicta, cum prolixā Oratione recitasset, in Acta referri postulavit. At Montanus Pontificis Legatus Synodi Praeses, hac contestatione cum Patribus haud leviter perstrictus, contra, injuriā sibi collegisque gravissimam irrogari, legitimeque translationis ac Synodi rationes factis criminationibus impugnari, Deum hominesque restatus est. Se collegique sedis Apostolica Legatos esse; Imperatorem, quod ipsius pace dictum velit, non Dominum, aut Magistrum, sed Ecclesiæ filium; cuius proinde ut mutato consilio autoritatem sequatur, Synodumque, ejusdem, perturbatoribus repressis, amplectatur magnopere roget. Ceterum quidquid evenerit, mortem se suosque oppedituros potius, quam patiantur à civili potestate libertatem Ecclesiæ, Synodorumque illius circumscribi. Cùm tamen prolixior eorum oratio fuerit, quam que nunc ordine resuari debeat aut posse, quattriduo post respositionem ad illius argumenta reponendam. Verum Procuratores, hac non exspectata, discesserunt.

Dum hæc agerentur Bononiæ, eodem Januario mense, Auguste Cæsar in Comitiis imperii, acrem disceptationem hinc Legati Sigismundi Regis Polonorum Stanislai Lasci, inde Magistri Ordinis Teutonici Wolfgangi Melchingi de Prussia ditione excepit. Hic ante quadriennium in Comitiis Spirensibus eo Magistratu per Cæsarem insignitus, & in Alberti Brandenburgici proscripti locum surrogatus fuerat. Postquam is à fide Catholica & Imperii jurisdictione, quam a liis inter Principes receptus agnoverat, ad Sigismundi Regis clientelam, haec enim controversam & frequentibus bellis disceptatam, transiisset, atque uxore sua iudicata, sub Regis Polonorum tutela, hereditarium hunc sibi ducatum, cum totius Teutonicæ nobilitatis, ejusce successionis capacis, injuriā, vendicasset. Præcipua utriusque partis fundamenta, quibus nitabantur, non abs re erit cognoscere. Polonus Orator, postquam contestatus esset, Romanorum se Imperatori Principibusque, non ut Judicibus, verum ut amicis conciliatoribus, omni observantia atque honore dignis, hanc causam exponere. Primo alteruit, Prusiam Teutonicum Oratorem ea lege à Polonia Regibus concessam, ut adversus Christiani nominis hostes eorum opera

XL.  
Schleid.  
120 Bel-  
car. I. 25.  
Sigismu-  
di Polon-  
nia Re-  
gis Le-  
gan Prus-  
sia ju-  
dicio  
mo Regis  
& Alber-  
to Bran-  
deburgi-  
co ut cli-  
enti ad-  
struere  
conatur.

1548.

uterentur. Sed illos violatis pactis, ab hostibus in suos Dominos arma inimica vertisse. Ita ad indigna inter clientes Dominosque certamina per ventum, multis temporibus variâ sorte agitata, donec Casimirus denique Superis equitati sagentibus, ad obsequium fidemque clientela jurata eisdem armis victos adegerit. Hanc igitur Sigismundum Casimiri Patris successorem ab Alberto Prussia Magistro jure exegisse, ac recusantem armorum quoque subegisse potentia, dum ultro in fidem ac clientelam Regis concesserit. Vnde manifestum sit, iure belli ac pactionibus Prussia, licet Germania quondam nobilitati concessam, Polonis deberi. Nam quod turbæ contentionesque frequenter obortas sint, Magistrorum illud culpâ insolentiaque factum, qui arma in barbaros vertenda (cujus auxili gratia à Polonis recepti fuerint) summa ingratitudine in caput Dominorum converterint, nec Polonis, nec Germanis fidi. Expertos illud Maximilianum avum Cæsaris, Fridericumque ejusdem Patrem; quorū ille promiserit nullo se se auxilio adsuturum Ordini, hic etiam arma contra illos Hungarosque federatos Casimiro Regi ad eorum oppressionem sociarit, denique & Sigismundum Cæsarem Ladislao Regi adversus eisdem suppetias tulisse. Quare, ut priscorum habeatur fedrum juriumque ratio, Albertusque proscriptiois sententiâ absolutus, Prussia securè Polonorum tutelâ fruatur, id Sigismundum Regem obnoxie contendere. Alia orbis loca, à Christiani nominis hostibus infessa, ut Solymas Byzantiumque digniora esse, in quibus Teutonicus hic ordo arma sua, quam in ipsos Christianos convertat, seque Tartaris etiam (ut sub Cochemestro factum) ad vastitatem cadesque Poloniae inferendas, conjungat. Ante centum & quinquaginta annos Bohemiae ejectos, nec minori nunc jure arceri Prussia, quâ si Albertus vi pellatur, Regem ut Patronum, & avunculum ejus, non posse injuriam negligere. Sperare etiam Sigismundum, Dantiscum & Elvingam urbes, qua juris Polonicis sint, ad imperij conventus deinde non evocandas, ut suis tutò legibus ac libertate frui possint, paxque imperium inter Poloniāque firma consistere.

XLI.  
At Prussia ad imperium & Germanicā nobilitatem spectare, Magister Ordinis evincit.

Exceptis Cæsar postulatis ea cum Imperii ordinibus contulit, ac denique Wolfgango Prussia Magistro tradidit, qui XXIII Januarii responsione non nervi occurrit, ac nonnulla præfatus: Queritur, inquit, imperio Germanorum, an Poloniae Ducatus Prussia debeatur, quam ego imperio tribuendam esse haud difficile evicero. Sic res habet, invictissime Cæsar, ordinesque amplissimi. Ab hinc annis ferè quadringentis ordo Teutonicae nobilitatis adversus Barbarorum invadentium vim, à Cæsaribus Pontificibusque probatus, cum ex oriente in diversas regiones ejiceretur, à Mazovia etiam Duce in Culmensem agrum admissus est, eâ lege, ut Prussos Christiana religionis hostes sibi finitos infestosque reprimenter, ac victores eorum regione potirentur. Quam donationem Fridericus II Imp. Hermanno Salcio Ordinis Magistro an. Christi MCCXXVI stabilit, opemque cum securis Imp. adjectis, quâ freti, quinquaginta & trium ferè annorum spatio, Prussia sibi religionique Catholica addixere, arcibus, propugnaculisque ad nobilitatis Germanicae perfugium, gentisque tutelam constitutis. Mansitque penes nos inviolata ejus loci deinde seculis proximis possessio, armorum quoque subsidia Polonis adversus barbaros Lituanorum insultus, ut amici, tulimus; donec hi Polonis, ob electum ex Lituanis Regem, sociati, in nos sua felicitatis autores cum Lituanis tela ingrati verterunt, eo tamen exitu, quo bona Lithuania parte exciderunt, quam tamen, cum ex Constantiensis Concilij decreto, nostraque benevolentia recepissent, obliterata brevi beneficiorum memoriam reperitis bellis compensarunt,

runt, ob quasdam nostri ordinis provincias, quas summo sibi jure perperam arrogabant; frusta Hungariae Bohemiaque Regibus, ac Sigismundo etiam Cæsare, fluxâ pace, intercedentibus; donec arma denique pace Torunensi sub Ladislao Rege composita fuerunt; postquam omni jure Prussiae Poloni renuntiassent; iure jurando interposito, ab Episcopis & regni Ordinibus non parituros se Regibus, qui Prussiae Magistro bellum hoc nomine inferrent. Quod ius iurandum quovis decennio innovandum statuere, decreto quod ducentis fuit sigillii consignatum. Sed tantâ fidei obligatione posthabita, cum quatuordecim ab hac pace, quam aeternam sperabamus, annis, Prussi conjuratione initâ adversus Magistrum suum rebellarent, Casimirus Rex, Sigismundi Pater, rebellium amplexus partes, ad tantas Ludovicum Erlinsum redigit angustias, ut cùm alii ex Prussiam retinere non posset, fiduciario illam clientis jure, nullo neque Pontificis, neque Cesaris imperijque consensu admiserit. Vnde postea Frederickus Saxo, & Albertus Brandenburgicus ordinis Magistri, hanc fidem Poloniae Regibus, & injuria extortam, & nulla Germanica nobilitatis imperijque autoritate firmatam, agnoscere recusarunt; donec hic à Romana simul religione, & imperij protectione defiscens, ad Sigismundi clientelam, defectionis suæ tuende gratia, transiret. Ex quibus manifestum fiet, quam vana ab Adversario jactentur. Neque enim arma ab ordine contra Polonos, nisi ad injuriam propulsandam sumpta: neque unquam Imperatores aliter, quam pro imperio in hac causa indicasse constat, ac prohibuisse, ne quam ordo Polonis clientela fidem addiceret, ut ex postremis Maximiliani ad Sigismundum litteris liquere poterit. Frustra vero exprobratur Teutonicis, quod Oriente ac Bohemia pulsi fuerint, cùm illic Turcarum, hic Hussitarum furori ac viribus impares cesserint. Eant vero Poloni, & à Moscovitis sibi erepta occupent, aut Sarmatiam Lituanięque bonam partem, Teutonicorum armis obtentam, eisdem restituant potius, quam Prussiam, antiquissimo jure possessam, eripiant. Dantiscum & Elvingam, ad Prussiam imperiumque eodem jure spectantia, ad Polonos solâ defectione civium ac perfidiâ transisse manifestis documentis compertum est, neque aequitate sed rapto possideri. Quæ cùm ita se habere, vobis, Augustissime Cesar, inclytique Principes, & imperij ordines, abunde perspectum sit, hoc impetrare vestro auxilio judicioque liceat, quod cause aequitas, imperij dignitas, religionis status, & Germanica nobilitatis bonus, atque emolumentum requirunt. Rationibus utrimque auditis, delecti sunt, qui iudicium ferrent, à quibus causa pro Teutonicis, adversus Polonos & Albertum pronuntiata est; sed quoniam difficultas sententiam exequendi haud modica, præsenti rerum statu, visa est, hujus rei deliberatio ad Cæsarem rejecta fuit, qui si Germanos synodi, ut sperabat, interventu conciliatos in religione habuisset, promptis contra Albertum ac Sigismundum viribus aequitati locum armatae autoritate reperiisset. At Sigismundus Rex, quamvis ceteris virtutibus præstans, adeò turpis protectionis brevi frustu potitus, haud multò post definitus est, succedente in locum Sigismundo filio Ferdinandi Regis genero, quæ illi ad pacem cum Austriacis colendam affinitas profuit.

Iisdem Augustanis comitiis Legatum suum habuit, Joannes Basilius Magnus Dux Moscovia, felicibus postea contra Tatars, infelicibus contra Polonos bellis ac crudelitate admirabiliter subditos propriamque familiam, cognitus. Amicitiam ille cum Carolo & fedus cum imperio aduersus Turcam se ambire,

Sententia, cum  
proscrip-  
tione  
Alberti,  
Melebin-  
go Ma-  
gistro  
favit.

XLII.  
Chytrane  
in Saxo.  
lib. 16.  
Basilus  
Moscovius  
legatio-  
ne Au-

de-

1548.  
gustum  
ad Imper-  
atorē  
missā, vi-  
sus am-  
bire Ca-  
tholica  
religio-  
nis so-  
cietatem.

XLIII.  
Mendo-  
za Cæsa-  
ris Ora-  
tor Ro-  
mæ in  
Senatu  
Card. co-  
ram Pô-  
tifice Bo-  
noniense  
Conciliū  
vñii, &  
Paulum  
neglecta  
religio-  
nis at-  
guit.

Pontifex  
contra,  
discreta  
oratione  
natur.

denique & concordiam in orthodoxa religione desiderare ostendit, eo queno-  
mine & Romanos Theologos, qui suos in Latinis ritibus, & Jureconsultos, qui  
in politicis barbaras gentes erudirent, cum Architectis fabrisque, atque omnis  
generis artificibus, magno numero petiit, obtinuitque. Quorum cum trecentos  
amplius Legatus secum duceret, Lubecamque ad classem consendendam per-  
venissent. Hic consultò detenti sunt, monitusque Imperator, ad evertendum hæc  
nostrorum operâ imperium, barbarum Duce machinari, ac proinde minimè  
hos illi artifices Doctoresque concedendos esse. Quibus ea in re fides haud im-  
merito habita fuit, frausque illius aliis deinde eventibus patuit.

Hæc Januario mense Augustæ agebantur, cum Jacobus Mendoza Orator Cæ-  
saris Romæ postulato XXIII ejusdem mensis Senatu, prolixam contestationem,  
& eandem pñne, quam Procuratores Caroli Bononiæ, recitavit, non in sola Pon-  
tificis & Cardinalium, sed & Oratorum regiorum, qui Romæ aderant, præsentia.  
Pontifex, qui hunc iustum, cum exprobatione ignavia, in salute publica religio-  
nisque & Ecclesiæ emolumentis curandis, à Carolo & orthodoxis Germano-  
rum Episcopis, jam obfirmato ad resistendum pectori, diu exspectaverat, Men-  
dozam ad Calendas Februa, ii redire jussit, accuratoque subinde scripto, per Re-  
ginaldum Polum elaborato (postquam contestatus Mendoza esset, nulla se obli-  
gatione constrictum redire, neque hinc quicquam Cæsaris autoritati & juri de-  
tractum velle) ita, dissertatione prolixâ, respondit, ut diceret: Rem pessimi exempli  
nec nisi ab Ecclesiæ perduellibus attentatam hactenus, ad incredibilem animi sui dolorem  
pervenisse. Illam se voluntatem attonitum obstupuisse in Cæsare, Pontificis nuper copiis ad  
victoriam, hostesque religionis comprimendos opportunè uso, adeoque nunc dissipari gratiâ  
respondente. Mitigatum tamen hunc suum dolorem, ubi ex mandati formula Mendoza tra-  
dit acomperisset, non ad Pontificium Senatum, sed Patrum Bononiensium pertinuisse. Men-  
dozam vero præterrectum mandati limites, nec levem Cæsareo modestissimi Principis no-  
mini ignominiam irrogasse, siccirco nec existimandum, Cæsarem hæc de re judicium senten-  
tiamque Pontifici de manib[us] extorquere statuisse; sed integrum hujus rei arbitrium sibi re-  
lictum esse, irritum verò Mendoza conatum, nec agendi facultate prædicti, nec æquum po-  
stulantis. Quod ad negligentie sibi impositæ culpam attinet, illam luculentissimis factis abs-  
se abundè refutatam, roties suppeditata pacis consilia, artesque omnes ad Europæ tranquil-  
litatem possidendum adhibitas, criminatio isti reclamare. Concilium per se multò ante  
Tridenti postulatum, quām permissum à Cæsare, nunc cum bellis interturbatum subsisterit,  
disciplandum prudentibus relinquere: Pontificis an Imperatoriis armis, suis emotum sedi-  
bus fuerit? Nihil in se mirare ad restituendum Tridenti Concilium futurum, modò citra Apo-  
stolicæ potestatis detrimentum, jure, non violentiâ, disceptetur. Mirari verò, atque etiam  
amplecti illam Germanorum voluntatem, ad neglectum jam ante Concilium aspirantium;  
sed quod unius civitatis Synodo hoc desiderium affigi patientur, extra commendationem, su-  
spicioni etiam obnoxium videri. Cogitandum eodem morbo Danos, Gothos, Britanosque  
teneri, quorum tam in finibus nemo facile Synodus includat. Eam rem exemplis, veterum  
adversus hereses Conciliorum, iam diu probatam, se tamen migrationem illam Patrum ad  
leges more inque Ecclesiæ expendendam prudenti exactoque quatuorvirum, Bellai, Brugen-  
sis,

sis, Poli, ac Crescentij iudicio delaturum, quibus si quid erroris in Concilijs transportatione apparuerit, facturum, ut propediem Tridentum revocetur, inter hoc temporis, ut rimque acquiescendum. Ne tamen Germanorum saluti defuisse videatur, ex Cæsaris se voluntate legatos submissurum, qui gentis infirmitati opportuni remedium subveniant. Ita infelici consilio, argumentis jam nuper agitatis discussisque inhærens Pontifex, victoriæ emolumentum, ipse cum Cæsare hæreticorum triumphator, cunctatione amissit, cum sepositis privatis offensionibus Cæsaris postulationi fas fuisse assentiri.

Cæsar ubi speratum Tridenti Concilium aincipiti distractione impeditum cerneret, neque solis Tridenti adhuc morantibus standum judicaret, de Sectariis propriis ad fidem Romanam adducendis, atque aliquibus veluti terminis rerum credendarum includendis cogitare cœpit; ne, ut factum haec tenus, vel in diversa, vel ad deteriora progressi difficultius ad unam generalis Concilii sententiam regerentur. Scriptum aliquod huic proposito accommodum tribus religionis conciliandæ studiosis Theologis; Julio Pflugio Naumburgæ Episcopo (post nuper eliminatum Ambsdorffium, in sedem restituto) Michaëli Heldingo Moguntini Electoris Vicario, & Joanni Agricolæ Islebio Antinomicæ quondam hæresis repertori, Brandenburgici nunc Principis concionatori, examinandum obtulit. Quos, ut Elector Brandenburgicus, Cæsari pacique apprimè favens, omni negotiū illud fide, industriæque tractare, atque ad concordia formulæ Augustæ Wormatiaeque quondam conceptas, tum & librum Ratisbonæ Anno 1541 à Cæsare exhibitum expendere jussisset; res ad eam denique controveriarum paucitatem, ejus Principis potissimum operâ rediit, ut præter utriusque speciei communionem, & permisum Sacerdotibus conjugium nihil admodum ab orthodoxa fide alienum exponi videretur. Carolus, ubi librum hunc autoritate illâ trium virali collectum probatumque expendisset, Romano Pontifici dijudicandum obtulit, qui per Cardinalem Sphondratum ei significavit, his legibus obligandos non esse veræ antiquæque religionis assertores, novæ professionis autores admitti posse, ut tantò nimurum veritati salutique propiores ab omni deniq; errore facilius traduci possint. Carolus igitur Augustani illum comitii ordinibus ad communem omnium consensum exhibere decrevit, ante tamen Mauritii privatim animum explorandum, atque in sententiam pertrahendum censuit, ne quid forte publicâ reclamatione turbarum daret. Negotium hoc Electoribus binis Moguntino ac Brandenburgico mandatum est, sed in eo conatu omne studium frustra consumperant, Mauritio ad suos Theologos subditosque hanc causam revocante, quibus indulgentiâ Cæsaris pollicitus fit: nihil abs se in eligione illorum permutandum, dum generali Concilio aincipites in fide controversia absolvantur. Quidquidverò cum Principes illi, tum ipse post Cæsar Mauritium rationibus, beneficiorumque acceptorum memoriam urgerent, ægræ ab obfirmati animi homine assensus potuit extorqueri.

Monebat Carolus, ne à reliquis Principibus facile consensuris, novâ turbatione, discederet: neque ad subditos, privataque eorum conventicula arbitrium de fidei controver-

acceptandum frustra conatur inducere, Melanchthon dissuadente.

XLIV.  
Carolus  
concili-  
andæ  
proprius  
religionis  
dum Cœ-  
cilium  
negatur,  
Branden-  
burgico  
mode-  
rante,  
per u-  
tusque  
partis  
Theolo-  
gos, li-  
brum  
concor-  
diæ ob-  
tinet. In  
quo solù  
utriusq;  
speciei  
commu-  
nio, &  
conjugiū  
sacerdo-  
rum exi-  
geatur.  
Sur. in  
comm.  
Schlesie  
1:20. &  
21. Bzo.  
vitus in  
Annal.  
For Rans  
do orig.  
har. l.3.

XLV.  
Mauritii  
Carolus  
sia ad hunç

si rejiceret, exemplo nullis legibus tolerato. Imperiali jam dudum consuetudine obtineri, ut quod communi Principum ordinumque suffragio decisum fuerit, id vulgus citra disceptationem approbet. Nefas fore, si jam non subditi Principam voluntate, sed Principes subditorum regantur. Si à comitiis ad vulgi arbitrium descendendum sit, & rogandus populus, quid Optimatibus in publica deliberatione de statu rerum suscepta sit constituendum? Quod si quos ex suis Theologos in consilium adhibere voluerit; eos videlicet esse, per quos nuper oīni contumelia hostiliter laceratus, antesignano Melanchthonem, rebus modo suis consultum capiat. Dedendum hunc sibi malorum artificem, bellique concitati autorem ad causam dicendam. Præterea malis in aula consistoribus, qui latus animumque Principis occupent, minus auscultandum, à quorum potius vafsis artibus, quam ingenio ipsius hæc pertinacia existat.\* Ad quæ Mauritius insigni calliditate juvenis, quinque & viginti primū annos natus, ea reposuit, quæ ostenderent, illum ex promissione subditis, ad religionis suscep̄tæ integratem præstaudam obligatum, secùs quām Principes ceteros, pari sacramento non obstrictos. Melanchthonem, ut virum doctum publicæque tranquillitatis amantem probabat, suisque jam manibus, timore fugâque periculi à Cæsare imminentis, subductum asserebat. Ita postquam ab Imperatore dgressus esset, haud multò post Rex Ferdinandus subsecutus, Caroli in Melanchthonem odium abs se nonnihil mitigatum esse docuit, de cetero inflexit nonnihil Mauritium ad morem gerendum Cæsari; ut sese communi ordinum in certos religionis articulos confessioni nihil reclamaturum promitteret. Libri deinde exemplar ad suos Theologos Crucigerum Majorem & Pfeffingerum Zwicciaviam examinandum destinavit, qui postea Cellam, Misnia urbem, Melanchthoni, ex latibulis huc evocato, magis opportunam transgressi, cùm post longam deliberationem, neque moderari ad hanc normam religionis controversias; neque aliam, ut iussi erant, sufficere formam concordiæ statuissent; eam facti rationem Principi Melanchthon attulit, quod liber imperatorius ipsis probari non posset; ut qui falsa veris confunderet: neque ipsis facile suam Cæsari opinionem probaturi sint; ut qui longe ab ipso diversa sentiant. Ita & deinde in reliquis, quorum gratia à Mauritio postulatus Melanchthon, nihil mite consuluit.

XLVI.  
In comi-  
tis Au-  
gustanis  
liber In-  
terim di-  
etus, à  
plerisq;  
accepta-  
tur. Ob-  
noxita-  
men Sa-  
xones a-  
liud Inter-  
rim Lip-  
sienæ cu-  
dū. Me-  
lanch-  
thonæ  
Antesig-  
nano īc-  
per va-  
rio.

Sub hæc Maii 15 die, convocatis Imperii ordinibus Cæsar librum proposuit: à medio, quod ad Concilium generale excurreret, & quo valitus esset, tempore, Interim dictum, ac primò quidem Catholicorum, hunc librum recusantium, laudavit constantiam, quā avitam religionem tuerentur incorruptam. Ceteris Augustanae Confessionis Proceribus suasit, ut vel Catholicorum sese adjungerent partibus; vel certè ad hujus libri præscriptum fidem exigerent, dum generalis Concilii legibus, quid sequendum fugiendumque decernatur. Hæc postquam monuisset, liber ex integro Proceribus est recitatus. Quo auditio triplici ordine, hinc Electores, inde ceteri Principes, atque ab his divisim civitatum legati, ex more, ad deliberationem secessere. Cum interea Cæsar Rexque Ferdinandus suis in sedibus subsisterent, acquiescendum Cæsari statuebant ordines, nili quod in senatu Electorum habitarer Mauritius, ac suam se propediem Cæsari voluntatem plenius expolitum diceret. Sub consultationem congressi inter se

se ordines. Moguntino Principi sententiæ suæ expositionem coram Imperatore committunt. Qui post actas Cæsari ob patriæ ac publicæ tranquillitatis studium gratias, ostendit benevolâ omnium voluntate librum, ejusque opinones receperat, ejus verò exemplar ab omnibus postulatum, ne quid ignorantia adversum peccetur. Quocirca Romanis Germanisque illud typis vulgandum Cæsar, velut publicum decretum tradidit, sub hoc titulo: *S. Cæsar. Majestatis Declaratio, quomodo in negotio religionis per Imperium, usque ad definitionem Concilij, vivendum sit.* Non tamen usque adeò probatum ab omnibus est, ut non essent, qui dissentirent; timore magis, quam voluntate adduerit, ne publicè reclamarent. Quocirca cùm & suæ nonnullos puderet inconstantia, qui tam levibus rerum credendarum impulsibus, in quamvis sententiam adigerentur, & quorundam pertinacia, ministrorum obsilteret, ut qui nollent hactenus errasse videri, Joannes Brandenburgicus, Wolfgangus Bipontinus, Filiique captivi Saxonis, unà cum parente, negarunt, salvâ libi conscientiâ integrum esse Cæsar's decreto assentiri. Mauritus etiam inquietis suorum exagitatus ingenii Cæsarem rursus adiit, ac bonâ subditorum pace, se librum acceptare non posse affirmavit, nisi in partem deliberationis ante venerint, qui in societatem religionis essent pertrahendi. Quæ res, licet non mediocrem Carolo bilem concitaret; induxit tamen Mauritio, omnem ad suorum conciliationem industriam pollic'nti, abitum. Egit verò apud suos Princps rem non indiligerent, conventu primum Misena Proceribus, Theologisque suis indicto, qui deinde Pegaviam, post Cellam magno contentionis, nullo verò concordia emolumento translatus, denique Lipsiæ eum sortitus est exitum, quo objectis nonnullis erroribus, dissimulatis aliis testisque, sub ancipi loquendi apparatu, parum aut nihil ab Augustano Caroli libro dissentire sunt visi, novo in hanc rem excuso typis Interim, quod Lipsiense est appellatum. Quo quidem factum ceteri, tūm in primis Melanchthon Lutheranæ factionis primipilaris ostendit, quantum homini lubrico, fluxæque ad omnia opinionis credendum esset, qui nuper sparsa ad Principem suum instructione, aliâ longè censurâ librum Augustanum perfrinxerat; cum ultiata orthodoxis sacrificia, expiandi confessione scelerum ritum, sanctorum venerationem, nec pauca alia suo calculo damnaret; ac mox, proscriptionis inde terrore incusso, hinc Principis consilio urgente, eadem mente ac manu, damnata approbaret.

Quanquam anno in sequenti aliis ab eo sociisque liber consarcinatus sit, ex Mauritiano Interim, & Henrici Parentis vulgata Saxonica un' ordinationum editione, qui sub Catholicorum rituum imagine fædos Lutheri errores conderet. Quæ res Lutherani sum suis jam sèpius divulgatum partibus in plures sectiones distraxit. Hos Flacciani jam tūm à ceteris, huic libro subscribentibus, magnâ æmulatione se juncti, suis ita nominibus distinguebant; ut alios veteris Ecclesiæ ritibus utentes *Adiaphoristas*, sive *Interimistas* dicerent; alios, qui vim naturalem ad salutem cooperandi Deo, libero arbitrio permitterent, *Synergistas*; alios qui bona virtutum opera etiam in infantibus ad salutem exigerent *Majoristas*: contra, qui hæc nec in adultis quidem requiriere, *Flaccianos* à suis autoribus, vel *Rigidos*:

q. 2

XLVII.  
Tertium  
Interim  
a Luthe-  
ranis Sa-  
xonie s  
produ-  
ctum est.  
Vnde  
pugnan-  
tes in er-  
se plures  
sectæ ex-  
istunt.

1548.

dos: alios proprius ad Romanos accedentes Molleszaliis nominibus alios nuncuparent. Ita muruis sese armis aggressi Lutheri affecta fœdum in animi vertiginis que suæ orbi ac posteritati universæ de se spectaculum prebuerent. Ex hosum castris Magdeburgici Centuriatores, Wirtenbergensis ac Lipsiensis Scholæ proceres, nequaquam aquis oculis conspexere, ut ex septimæ centuriæ præfatione aperturn esset. Hi & suis autores civibus extiterent, ne Augustano interim subscriberent, quod eodem exemplo Brema, Luneburgum, Hamburgum, Lubeca, tum Joannes Brandenburgi, Joachimi septemviri frater, ac Wolfgangus Bipontinus, Bavaria & Pinceps negare Carolo sunt ausi. Prædicantium (quo nomine suos Evangelii præcones habent) varia in omnes partes fuga extitit. Osiander in Prussia; Musculus Bernæ; Brentius sub Wirtenburgici tutela Hæc delituit: nemo, qui suo fidem sanguine obsignare cuperet, repertus est. Plerique Lutheranorum cum animadverterent spectare hæc Cæsar's consilia, ad illorum denique religionem penitus abolendam, non obscuris in Cæsarem ac Proceres suos convitiis grassati sunt. Redivivum ab inferis Papatum excitari, optimè instituta, pietatem fidemq; omnem everti queruntur. Vires plerisque, non consilia armaque ad religionem deerant. Calamis interea, pro gladiis, districis, nec suorum invicem, nec Cæsar's iamæ est parcitum. Melanchthonem Flaccius Illyricus, Magistrum discipulus, extremæ cum suis maledicendi rabie ad miserum vitæ tedium adigebat. Melanchthonis studio favebant Major, Pomeranus, Pfæffingerus, Greferus, Camerarius aliquis. Flaccium probabant Ambrosius, Gallus, Wigandus, Merlinus, ac plures alii, quamvis ex his singuli suis quoque de fide opinionibus scinderentur. Osiander ab universis implacabili odio, cum suis, divulsus, integra in illos convitorum plastra ingerebat, ac solus sibi ad Lutheri ingenium sapere videbatur: certe nemo discipulorum, si maledicendi licentiam spectes, moribus Lutheri repertus est propior.

**XLVIII.** Agitatum à Cæsare concordiaë studium illos habuit inter Lutheranos trans-Cæsareo quillitatib; eversæ fructus, nec penè meliorem inter orthodoxæ fidei assertores eventum fortita res esset, nisi summi Pontificis curâ malis subnascentibus tempestive occursum fuisset. Nam ad illam libri Carolini libertatem non paucis Catholicorum sensus animique pruriebant. Laici nonnulli ad utramque Synaxeos speciem, Sacerdotes ad conjugia aspirabant. Ita sensim & reliquum hæresios virus, quod ambiguitate ac dissimulatione loquendi texerant, ad opinionem admissuri. Siquidem de concupiscentia hominis, de ejusdem justificatione, de Ecclesiæ summo pastore, ita locuti sunt; ut in illa peccatum constituere, in altera nihil dare operibus, in postrema denique aspectibili nihil in terris capitî tribuere viderentur. Quin & de Sacramentis, de peccato originis, aliisque fidei articulis a pronuntiatis jam nunc Tridentini Concilii decretis abscedebant; ut paternoster, quo animo illud Coricilium accepturi essent, cui leges dare magis, quam ab eo expectare decrevissent. Quæ cum intelligeret Pontifex seriatim literaturam ad versione reprehendit Cæsarem. \* Mirumque sibi videri, afferebat; id etate prudentiaque virum eò arrogantia efferrit, ut se non regium modò, sed & religionum

sen-



constitutus arbitrum. Novam credendi metamorphosin inducat, quād splicere jure Catholicus, Hæreticis placere vix posat. An non teneratum sit amicorum iuxta atque hostium sese telis ob cere? Catholicos non modo cum hostibus, sed novis inter se dissidiis, ad exitium committere? Cæsarea nullā Apostolici juris dignitate fretum, umustantūm victorie elatum successibus, ad sanctas religionis leges manum adhibere; ius suo ingenio derogare, sua autoritate adficere. Quocirca, post damnatum censurā Pontificiā librum, tres in Germaniam Episcopos, Veronensem, Fanensem, & Faventium legavit, quilibet à Cæsare vulgatum de manibus Catholicorum extorquerent, atque aliam credendi vivendique in methodum exhiberent. Monerent Hispanorum Episcopos, Tridenti ad Cæsaris voluntatem subsistentes, ut ne schismatice conciliabulo inhærere pergerent, sed Ecclesiæ sese Romanae adiungerent, nisi forte leges ei præscribere potius, quam accipere statuissent. Pari ad Ecclesiæ gremium facilitate provocare atque admittere alios, quāvis hæresis labi infectos iussi sunt, satisfacturos, si errorem suum ad pedes Sacerdotis detestati, cum sceleris horrore fuissent, nullā ex more, publicā obnuntiatione postulatā. Mandatum deinde Monachos, ut à fide ac claustris devios, noui in fidelium modo, sed & religiosorum numerum recipieren, e sum laetitiae ororumque quadragesimæ diebus indulgerent, utriusque etiam speciei Laicos in Eucharistico Epulo usum privatim concederent, si tamen Ecclesiam in unius speciei preceptione errare, non contenderent. Moniti postremo, ut injustos Ecclesiasticorum bonorum possessores, modò abirent male occupatis, à fructuum perceptorum restituzione absolverent. Quibus exequendis, ut expeditior via fieret, contumaces non censuris modo, sed & civil potestate ad obsequium revocare concessum est. Tum deinde facta illis libertas, Episcopos ad id munus diligendi sufficiendique. Sed hic Pontificis constitutus, quanquam non omnino vanus, eo tamen, quo parerat, emolumento ad fidem non constituit.

Indignabantur Catholicæ Germaniæ Principes, ordinesque à Pontifice Romanisque opportunum Protestantibus sibi Concilii locum negari, & postulari à Protestantibus, ut se Bononiae sisterent; quod ipsis idem esse videbatur, ac petere, ut se Pontifici in captivitatem, ejusque a bitrium dederent: Cæsaremque per hæc adigi ad ejusmodi remedia, quæ morbum non sanarent, sed mutarent, cum neque consultum esset medicinam omnem in rebus desperatis negligere, neque promptum consuetis Ecclesiæ, nullique unquam Cæsarum negatis ab Ecclesia Synodorum, in tanta necessitate, mediis subvenire. Quid enim si Cæsar, post tam illustrem de rebellibus victoram, manum curamque religioni, quod reliquum est servandæ in Germania subtrahat, neque, ut Romani volunt, ejus sese negotiis misceat? an non repente ab invalescenti ubique hæresi, ipsosque Ecclesiarum per Germaniam Proceres in exitium devolventi, universum ad Protestantium vota potestateque deflectet imperium? Nunquid per Interim frenum injectum plerisque Lutheranorum est, ne quid adversus illa, quæ in Concilio Tridentino decreta jam tum sunt, quicquam hiscere audeant? quid verò sperandum ab iisdem, si in Concilium hoc tempore, quod Tridenti adiuserant, via illis perfecta fuisset, ubi jam armis vici, rationibus facile, autoritate ac suffragiorum jure vincendi erant; præsertim cum ipsi sententiarn, ut hac occasione maximè

Pontifex  
Libello  
Interim  
damnatio  
tres in  
Germaniam  
Legatos  
pro Catholico-  
rum co-  
servatio-  
ne & Pro-  
testantū  
resipi-  
scientium  
reductio-  
ne cum  
certis  
privile-  
giis mit-  
tit.

XLIX.  
Libello  
Interim  
Protestants  
a variis  
erroribus re-  
vocati  
Concilio  
aptab. nat-  
tur, quod  
et us  
quam  
par, con-  
cessum  
est.

patuit, diversitate à se invicem divisi, consistere in tanta opinionum confusione neutquam possent? Hęc aliaque nisi serius Romani expendissent, præbito in Concilium assensu & legibus quidem deterioribus, quando jam, ut Carolo vires imminutæ, sic Protestantibus rursum auētæ fuerant, multorum in Germania saluti consultum rectius fuisse. Sed dæmonis hic ad Ecclesiæ perniciem vigilantis astus fuit; ut privatā, quā similitate, quā arrogantiā multorum, hoc publicæ religionis bonum subverteret.

L.  
Coloni-  
ensis &  
cessi pro-  
visorum A-  
dolpho  
in we-  
dani lo-  
cum sur-  
rogato.  
Pader-  
bornensi.  
Rember-  
tus præ-  
ficitur.

Osn-  
brugen-  
sis Mo-  
nasteri-  
sis, &c.  
Episco-  
pus à  
Waldek  
ab hæ-  
si resi-  
guit.

LI.  
Ecclesia-  
stica &  
civilis di-  
sciplina  
ab impe-  
ratore e-  
menda-  
ta.

Reducta tamen per diversas Ecclesiæ autoritate Pontificis Cæsarisque orthodoxya religio, aut certè heterodoxorum errores imminuti. Hermannus de Weda à Coloniensis Archidicecesani munere, ad privatam tenuemque sui comitatus sedem transit, cūque ab hausta insania curari non posset, hic velut in ergastulo parva clausus aree vivus moriensque delituit. Adolpho interea successore omnia per diecesin, ad pristinæ fidei decus, instaurante. Paderborna antiquæ religiosis, adversus Wedanum Principem suum constans propugnatrix, eidem exautorato Rembertum Kersenbrochium probatæ virtutis fideique virum surrogavit, qui Liphensem Comitatum ex Lutheri sentinā ad purgatiū aliquantò Caroli Interim traduxit, sensim ad puriora educendum.

Plus laboris in diocesi Osnabrugensi ad saniores mentem revocanda, & Interimisticam saltē disciplinam admittendam, fuit. Cū Episcopus illorum Franciscus Waldecanus, Monasteriensis simul & Mindensis Ecclesiæ vācōrs caput, fide desertā in præcepis abiisset, iamque superiori anno Pontificiā Cæsareaque damnatus sententiā, ni resipiceret, sede elīmandus erat, stetit hactenus patrocinio Remberti & aliorum, memoriāque vendicati olim Monasterii Westphalorum a fece turpissima Anabaptistarum. Nunctamen ultimis minis Canonicotum Monasteriensium & Osnabrugicorum electionem novam, actis Comitiis, ni pareret, intentantium, territus ad IV Idus Maii Osnabrugensi comitio se sticit, abjurataque hæresi in officio confirmatus est, ac subinde omni cum reliquis industriā laboravit, ut Templis, Monasteriis, Scholisque, & ademptæ opes rediderentur, & cultus rediret pristinus. Quanquam in urbe, aliisque locis, ubi Proceres Senatusque receptæ infisteret hæresi, plerique ad Carolinum Interim, qua consilio, qua vi reducti sunt. Sed duratura haud diu inflexione, quod curvæ in terram & deteriora mentes, non secūs atque obliquæ arborum plantæ facile ab obtortis resiliant, & proclivius sit sana corrumpi corpora, quam corrupta sanari. Quod suo nimium dolore Rembertus etiam Paderbornensium Antistes, multis subditorum sensim hæresios lue afflatis, haud multo ante mortem, deploravit; adeo pestis hæc medicorum quoque vigilantium in præservando fallit.

Cū vero plerumque opinionum depravatio à corruptis moribus, tanquam à menstruatī feminis illustrium speculorum labes oriatur, Carolo Imperatori ad infectæ Germania restitucionem totius animi conatu incumbenti curæ in primis fuit, ut in utraque tam Ecclesiastica, quam civili republica lapi passim mores sanis legibus formarentur, donec œcumonica Synodus Cleri disciplinam instauraret, sine qua nec politica quidem suā posset integritate frui, ut iecircoutrius-

triusque curam non tam voluntate, quam necessitate conjungeret. Veterum Imperatorum, in legum civilium formatione, exemplo usus, & Samaritani Evangelici pietatem emulatus, quam Sacerdos vulneratum præteriens, neglexerat. Illius vero instaurandæ leges à viris Ecclesiasticis, hujus à Jurisconsultis, & Majorum institutis accepit. Formula igitur Ecclesiastice disciplinæ XXII capitibus XIV Junii prodiit, atque in comitiis recitata est: videlicet de examine, ordinatione, & officio ministrorum Ecclesiæ, quod ex horum neglectu prima ducetur vitiorum origo. Subinde actum de horis Canonicis, Monasteriis, Scholis, Hospitalibus, Sacramentorum administratione, cæremoniis, censuris, disciplina cleri & populi, Synodis, & aliis ejusmodi. In quibus nihil disforme ab Ecclesiasticis regulis productum est. In adstruenda tamen Concilii Basileensis autoritate, & in dispensationibus, exemptionibus, aliisque quibusdam Sedi Apostolicæ reservatis juribus liberius, quam Romanis placuit, statutum fuit. Ultima vero Junii edictum de pace publica promulgatum est, mandatumque ut tam Episcopi Catholicorum, quam Protestantes, fide publicâ, ab Imperatore dandâ, in Concilio quamprimum restituto comparerent. Quo etiam tempore leges Carolinæ de civili disciplina publicatae sunt. Ubi principio Imperator, postquam de neglectu veterum legum, Magistratumque incuria questus, indignatione justa Dei, famem, bellum, pestem, aliasque calamitates mortalibus immitti docuisset, subiicit: Hec vero omnia nos unâ cum Electoribus, Principibus, & Statibus S. R. Imperij, & absentium nuntiis, graviter admodum in animum revocantes his nostris Comitiis, hic deliberando consultandoque, quâ viâ modoque deierationibus, atque blasphemias, aliisque perniciose criminibus, & prohibitis usurarum contractibus, itemque helluationibus, & frequentibus astotis, immoderata vestium luxurie, & similibus ataxis, vitiis, & defectibus obvietur; Transgressores vero illorum facinorum & criminum puniantur: antecessorum nostrorum S. Imperii nostrasque Reformationes & Ordinationes prædictis in comitiis Augustanis conclusas, at typis evulgatas in manus sumpsimus, revidimus, in compendium contraximus, alicubi corremus, auximus, & mutavimus, deliberato maturoque consilio tandem in hunc sequentem Reformationem & Ordinationem redigimus, atque conclusimus. Quam nos vobis omnibus conjunctim & divisi denuntiamus, acriter ac severè mandantes, ut in omnibus punctis totoque tenore, sub pena cuilibet articulo annexa, pareatis. Talia præfatus ad Leges sanctendas progreditur. Ex quibus, ut nonnullas tangam, post deierationes & blasphemias, quinque capitibus, gravissime ab omni ordinum statuumque genere proscriptas, capite VI res certas personasque in bello immune privilegiatasque esse statuit; ac sub capitali pena sancit: ne Ecclesiæ, aliaque loca sacra, adeoque sacerdotes, senes, infirmi, agricole, gravidæ mulieres, puerperæ, ingenuæ & honestæ feminæ, virgines & infantes, vim violentiamque patiantur, aut spolientur. Capite IX & tribus sequentibus, certâ vestium & ornamentorum specie, quemlibet inter se statum distinguunt. Sericu nec nobilibus quidem, nisi sex ulnarum, quod fimbriæ loco usurpetur, concessum est. Annulus his præterea aureus, vittaque, cum catenâ aurea filo incincta conceditur, quæ ducentorum ex auro nummum pretium non exceedat. Quibus aulæ principalis Marescallus, Architriclinus, Cancellarius, Magister

Legum  
civilium  
diversa  
capita.

1548.

ster Curiæ, & Consiliarius pares, licet ignobiles fuerint, censentur. Equitibus auratis, catena sine filo & quadringentorum aureorum indulgetur, feminis auro marginatisque fimbrias tridigitali latitudine licebit intexere, sericisque tunicis circundari. Comitibus Baronibusque tela auro intertexta non prohibetur. Capite XVI omnis feneratus usurariusque contractus rescinditur; ut neque usuram fas sit exigere, atque insuper quartæ sortis parte usurarius plectatur. Emptio tamen census cum pacto retrovendendi ea lege permittitur, ut pro centum florinis non paciscantur ultra quinque solvendos, & soli venditori liberum sit redimere. Capite XVIII Monopolia propoliaque in fraudem reip. inter paucos, frumenta sibi, vina, aliasque merces sigillatim coēmentes, vendentesque, condito pretio instituta, sub proscriptione personarum & bonorum confiscatione gravissimè interdicuntur, delatorique quarta pars mercium transcribitur, nullo per totum imperium principatu, dominio, aut urbe excepta. Capite XIX cavetur, sub pena amittendæ sortis, ne quis sata in agris, viniisque proventus in vitibus, plerumque cum gravi damno ruricolarum, ab illis necessitate pressis, emat; sed pro expensa, si opus, in illorum subsidium pecunia, frumenta vinumque ex constituto illius temporis pretio recipiat. Cap. XXXII Judices sine mora administrare iustitiam, causasque cum Advocatis & Procuratoribus, citra fraudem cunctationis noxiæ, & ratione, non criminatione mutuâ, expedire jubentur; atque, ubi secus compertum, gravi pœnâ, juxta personæ causæque conditionem multari. Cap. XXXIII Pharmacopolia & Myropolia quotannis lustrari, per artis peritos, imperante medicinæ inutiles in detrimentum Reip. vaneant, justumque rei cuique statuatur pretium. Cap. XXXIV Famosi libelli, picturæ, facturæque severo interdicto vetantur, carcerque autoribus, typographis, vendoribusq; ac pœna juxta caussæ qualitatem, præscribitur. Et sicubi Magistratus id negligat, Cæsareo is Fiscal ad mulctam arbitriam subjicitur. His aliisque civilis Politiæ constitutionibus per capita 37 imperio Carolus saluberrimè consuluit, quas, post annos XVIII, Justinus Goblerus Francofurtensis Juris, ac subinde alii suis commentariis illustrarunt, optandumque esset, ut quam ad sanctiendum id temporis Imperii ordines fuere concordes, tam ad execundum seduli constantesque reperiantur, ne, quod ille olim Philosophus sensit; aranearum telis leges esse similes deprehendamus, quas & ventus facile dissipat, & graviora animalia perfringunt, levioribus tantum muscis in laqueo harentibus, uti tenuioris tantum sortis hominibus leges pœnæque constitutæ videntur. Quocirca lex una servandarum ab omnibus legum, quæ pares in criminis, pares quoque in pœna faceret, decernenda restat. Quæ certè proximè ad divinam æquitatem accederet, quâ, sine personarum discrimine, pœnæ irrogantur.

LII.  
Muleas-  
ses Tu-  
netanus  
Rex per  
Amidam  
filum  
regno e-  
jectus, ac  
redux  
excæca-  
tus, à Ca-  
rolo fut-  
sus opem  
expe-  
ctat.

His curis Augustæ immorantem Cæsarem Muleasses Rex Tunetanus Aprilis mense convenit. Novâ ille calamitate non jam ab hostibus, sed proprio afflictus filio, opem rursus à Cæsare supplex expectabat. Homo erat astrologiæ ad insanam superstitionem usque deditus, quæ cum ipso, ex astris gravem prænuntiare calamitatem videretur, Barbarissam magnâ classe Italiam perentem, fugâ in Siciliam

ciliam prævertit, eo tempore, quo Imperator ante annos quatuor Genuæ veratetur. Huc dum Muleasses ad Carolum contenderet, tempestate Neapolim rejectus est, ubi ingenti Proregis liberalitate habitus est barbarus, prodigiosi in vietu quotidiano luxus, ut quem exquisitissimis unguentis condimentisque cœnانتem, observatum est in pavonem unum, centum aureorum nummum impensas fecisse. Verum illic morantem in expectatus ab Africa nuntius docuit, Amidan filium per absentiam Parentis regni sedem Tunetum occupasse. Ita infelix denique Astrologus Muleasses intellectus, suā se non omnino quidem falsum, sed tamen etiam delusum arte; quod per ipsam calamitatum fugam calamitatem postissimum incurrit. Raptim igitur mille & octingentis viris navalem militiam instruit, atque ut nondum firmatum in regno opprimeret Amidam, properè Guilletam, sui arcem Imperii, à Cæsarianis custoditam appellit, & communicatis cum Francisco Tovarre ejus loci Præfecto consiliis Tunetum se confert, postquam Afri aliquot ex urbe progressi cunctantem provocassent, fide sacramento obligatā. Sed Tovarre, suspicione fraudis anxius, moram nequicquam suasit, monuitque rem esse discriminis plenam semel perfidis salutem temerè credere. Astris hic aliquid, si minus hominibus recte consilientibus tribuendum erat, nisi ex hoc lumine plerique cœcūtirent. Progreditur non magno cinctus milite, sed ubi proprius urbem ventum est, Afrorum undique irruentium telis gladiisque regii plus mille trecentis obruti periē; ipse Rex fugiens, nullā re magis, quam unguentorum odore proditus, capitur. Huic adducto filius Amida, crudeli impietate, oculi pupillas candenti ferro divisi, quā fortunā uterque filiorum Nahafer & Abdalas videre etiam desiit. Verum, ut nulla impietas diu secura floret, Abdamelech Muleassis Germanus frater Tovarræ potissimum arte, Amidā dejecto, regno potitus est, quem brevi fortunā fatoque functum filius Mahometes vix duodennis secutus, cum Procerum insolentiā regnum malè administraret forte per Amidam revocatum excidit, simulque Muleassi inter has turbas è carceribus exitum patefecit. Hunc Germania hoc anno cœcum supplicemque apud Cæsarem vidit; ac mirata est, in extremo fortunæ præcipitio stantem barbarum, nihil de egregio corporis morumque cultu, nihil de elata animi magnitudine remittere; sed raram veteris etiamnū majestatis referre imaginem. Nec defuisset oranti Cæsar, nisi intestinæ calamitatis cura sensum peregrinæ immisisset.

Nondum enim sat pressi hæretici, sub victoris etiamnū manibus mitescere nequibant. Nihil admodum promissione Concilii movebantur, vim etiam atque arma Cæsaris aspernari post cladem visi. Neque obscuris hæc palam argumentis prodebat, quorum illud memoriam dignum, quod Cæsari unā cum Ferdinandō prandenti spectaculi loco ad mensam objectum est. Larvati aliquot histriones velut ad oblectationem in comediam progressi sunt. Ex his primus Doctoris habitu insignis gravi mutaque personā sese spectandum obtulit, qui à tergo Joannis Capionis, seu Reuchlini, nomine signabatur. Lignorum ille scem brachiis collegerat, sed, ut erat, ex rectis incurvisque stipitibus, male co-

LIII.  
Cæsar  
turbis in  
Germania com-  
ponendis  
inhætere  
cogitur  
Augu-  
stæ, ubi  
comicè  
illudum  
est illi, ac  
Ponuffi-  
ci.

548.

hærentem dissolutumque in medium proiecit atrium, ac, velut officio functus, post velum recessit. Subiit alter larvæ tectus atque Era in Roterodami, cum habitu, tūm nomine ornatus, qui in eo totus erat, ut dissolutura male fascem componeret, curvaque rectis conciliaret, quod, ubi consumpto frustra labore, desperaret, indignanti similis regressus est. Monachus subinde Lutheri cultum nomenque professus, ardentes titiones è foco raptos protulit, quibus collectos in struem distortos stipites, admoto igne, succedit, ac post luculentam satis flammatum, muneris sui partes executus, abiit. Mox in scenam prodiit larvatus, Imperatorio scheme illistris, non obscurè ipsius Caroli personam referens, qui ligna jam flammis immersa, ut incendium opprimeret, stricto fodicare gladio aggressus, quantò violentius mucronem adegit, tantò flamas acrius concitatavit, quo circa irarum plenus furensque post scenam se conjectit. Postremò ingressus atrium Pontificio ornatus cultu, tituloque Leonis X. (sub quo primùm hæc natata hæresis exarsit) qui territus incendio, dum remedium auxiliumque circumspicit, amphoram aquâ plenam assusurus, per scutum errorem vas oleo refertum assudit, &c, quem oppressurus videbatur, ignem inflammavit. Non obscura hæc erat Augustis Principibus fabula. Nam Reuchlinum lingua artesque ac veterum præcipue disciplinas tradidisse Melanchthoni aliisque memorant, verum errori veritatem, tanquam curva ligna rectis confudisse, hi quidem interpretes sentiebant. Erasmus postea frustratâ operâ rectis distorta conciliare conatum: Lutherum sublatis, velut per incendium disciplinis pristinis, novas sufficere. Unde male commotus Imperator & Pontifex, ille quidem bello, hic diris, proscriptiōnibusq; tanquam ferro oleoq; incendium rebellionis magis incitent, quam opprimant. Offendit tam insolens Dramaticorum audacia non leviter Cæsarem, studiosèque in comedos inquisitum; sed aliorum favore, ac propriâ fugâ tectos. Hos actores imitati Protestantium antesignani, cunctando ludendoque Cæsarem omnia pro pace molientem sustinebant: Pontificii etiam importunâ disceptatione morabantur, ut post victoriam victorâ fructum concordiam nequicquam indignanti querentique eriperent.

LIV.  
Cæsar  
Philippo  
filius in  
Germaniam e  
vocato,  
ejus vice  
in Hispaniā Ma  
ximilianum ne  
potem  
ablegat  
toroī  
Philippi  
conjun  
gendum.

Cum tamen spem concepisset Cæsar, Philippi filii sibi in imperiali dignitate surrogandi, ut juncta Hispanorum, Belgarum, Germanorumque potentia tanto facilius, & validæ in Imperio hæresi, inexpugnabilique Francorum æmulationi resisteret; & fortasse viam Europæ totius ad unius imperium revocandæ (quæ conjunctione nihil potentius adversus Turcam reperiri posset) sterneret, quod Philippum magnos à se, ambitionisque non incapaces animostraxisse non ignoraret: ideo, ut & Ferdinandum fratrem ad hoc obsequium devinciret arcuū Maximilianum ejus filium jam 22 annos natum, recensque Bohemiae institutum Regem, in Hispaniam ablegavit, ut maiorem natu Cæsaris filiam Mariam indulgente Pontifice, uxorem caperet, regnumque Hispaniarum Proregis titulo administraret. Qui quidem, ut erat florentissimus ætate ac forma juvenis, tūm blando factoque ad humanitatem ingenio, gratiam Hispanorum haud vulgarem occupavit. At Philippus uno minor anno Maximiliano, ubi sorore, regniq; ad-

administratione illi traditâ, in Germaniam appulisset, haud parem benevolen-  
tiam, vel exhibuit, vel expertus est. Is ex Hispania quinquaginta triremium claf-  
se Andrea Auria ductore, cum Madruccio Tridentino Cardinale, qui Maximili-  
ianum stipaverat, & Albano Duce, Genuam postridie Cal. Decembris Anni  
MDXLVIII appulit. Ubi exiguum Procerum populi favorem occupavit,  
postquam cum Albano & Ferdinando Gonzaga Ducibus, arcis urbi imponendæ Philip-  
consilia agitare compertus esset, quæ cum Auria populusque libertatis studio pus in  
discussisset, ostavo post die, liberali donatione tamen ornatus, Mediolanum dis-  
cessit, ubi incredibili honoris significatione à Gonzaga exceptus, gratulantes ad-  
misit Emanuelem Philibertum Sabaudiæ Ducem, Oratoresque Florentinorum,  
Ferrariensium ac Venetorum. Hinc Mantuam atque inde Tridentum sub anni  
exitum pervenit, ubique magnificentissime cultus, à Mauricio etiam Saxonie  
septemviro salutatus, rogatusque ut pro Philippo Hassia Landgravio preces o-  
peramque ad libertatem obtinendam interponeret, quod prolixè eidem detulit;  
sed quodam humanitatis, ut Italij Germanisque visum est, neglectæ vitio, dum  
Hispanorum, ad gravitatem compositorum, mores severius imitatus, viros etiam  
Principes nudo libi pateretur adiustere capite. Qua de re à familiaribus monitus,  
patris humanitate in exemplum proposita; acutius, quam modestius respondit:  
Patrem suum fuisse Principis filium, se verò Imperatoris; ut si plus referat, qualis natus  
fis, quam qualis vivas; cum flori plus decoris insit, licet ex bulbo; quam bulbo, li-  
cet ex flore prodierit. Certe Germanorum affectata hac majestate, & gratiam in-  
fregit, & spem conceptam Imperii ipse perdidit, quamvis Princeps esset dignus  
Imperio. Tantum ad solum etiam Proci ornatum moresque interest, ut sponsæ, suis dotibus  
superbe, placeat.

Imperator constituerat filium natali Belgarum in solo excipere, eisque post  
se regionibus inaugurate Principem, consilio quo Hispanorum regno minùs  
profuit, quam Germanorum imperio, dum penes Austriacos stetit, obfuit; quod  
illis laboriosam sumptuosamque pro defensione provinciam reliquerit, his mu-  
nimentum præcipuum adversus vicinorum Regum potentiam detraxerit. U-  
triusque tamen Austriacæ domus vires connexuit, quamvis impensis majoribus,  
quam emolumentis. Hac enim separatione à Germanis, Belgarum campus bel-  
lantium factus est, qui solus pñne tot pugnantium cadentiumque sanguine, jam  
à seculo maduit, quot Europa universa. Huc, à finitis Augustæ comitiis præver-  
sus filium, Augusto mense Carolus descendit. Ante tamen Augustanum, & de-  
inde Ulensem Senatum innovat, plebique reformationem persuadet.

Ceteros pertinaciter Reformationi Interimisticae reluctantes proscripti. In nos Pro-  
quibus diversi Principes urbesque Constantienses proscripti, Ferdinandus feso testantes  
Regi, quam Cæsari dedere maluerunt, pluresque alii armorum metu ad obse- Refor-  
quiū redierunt; sed parum stabile, quod repente, cum timore sublato, evane- mat onē  
sceret. Unde miseri homines, tanquā rota, quæ axe mota est, aut navis clavo spo- Interimis-  
liata, in omnem partem volvebantur, exemplo in orthodoxæ fidei professoribus recusant-  
nunquam comperto. Ut Carolinum hoc decretum, si ad nullum Romanæ Eccle- tes pro-  
scribit,

1548.  
Plerique  
ur Polypi  
mu ātūr  
& oble-  
quantur.  
  
Saxonē  
& H. ssū  
captivū  
secū Cæ-  
sar in Bel-  
giū tra-  
ducit.

six emolumen-  
tum, valuerit certè ad babyloniam Neoevangelicorum con-  
fusione demonstrandam, quibus cùm sola Scriptura clypeus Palladius esset, om-  
niformem illa vultum, ad cujusque arbitrium subito induebat. Ut cæco cæcior sit  
oportet, qui ejusmodi dæmonis artificis fraudem nequit dignoscere. Argenti-  
nenses diu Carolo obluctati, tandem per Legatos Cæsari Coloniam jam digres-  
so satisfecerunt, ubi tantisper subsistens Cameræ Spirensis tribunal, hæreticis  
submotis, institutisque ex more veteri judicibus orthodoxis formavit. Hinc ve-  
rò cum Saxone & Hasso captivis, quos Hispanico custoditos milite secum tra-  
hebat, in Belgum Septembri mense descendit, Hasso denique in Mechliniense  
palatum sub custodia, dimislo, ipse Bruxellas divertit, ubi Eleonoram sororem  
Francisci Galliarum Regis viduam, ad se transeuntem, Nonis Decembris exce-  
pit.

LVI.  
Mors ce-  
lebris  
Comitis  
Egmon-  
dani,  
Pontan:  
verum  
memor.  
1.4 Ha-  
raus in  
Car.

12 Comes, vir bello ac pace magnus ex legatione Anglicana, pro Cæsare obita,  
reversus, contractâ ægritudine, præsenti animo mortem, non sine Caroli dolore  
exceptit. Quem ferunt, postquam à Medico Andrea Vesalio mortis horam, ac pe-  
nè momentum, quæ ejus erat peritia, intellexisset, nihil turbatum, insigni convi-  
vium apparatu jussisse instrui, omnique gaza & tuncelle argenteâ expositâ, a-  
amicos vocasse, unaque cum eis asseditse mensæ, ac subinde liberalitate, inter vi-  
vos, rarâ, in præsentes partitum esse, nihilque commoto ad lethum instans ani-  
mo, tanquam ad meliores divitias amicosque transituro, dixisse vale. Indeque in  
lecto, velut ad quietem compositum, exspectasse mortem. Quia eodem, quod Ve-  
salius signaverat, momento occubuit, sacris ante Christiano more piè ad hunc  
agonem munitus. Quem felicem jure dixeris Principem, & tali medico, & tali  
ab hac vita excessu, quitantò in aulis est rarius, quantò difficilius est cœlesti simul  
terrenoque Domino ad placitum servire. Unicam reliquit heredem Annam fi-  
liam Guilielmo Nassavio Aurantii Principi, rebellium postea in Belgio primipi-  
lari, parum auspicatis nuptiis, collocatam.

LVII.  
Phil p  
pus à  
Belgis  
obviā  
missis  
excipitur  
An. 1549  
  
Ludicrū  
mili arc  
spectat.

Miserat Carolus obviam in Germaniam filio Philippum Croyum Ducem  
Arschottanum, cùm insigni quingentorum cataphratorum equitum comitatu,  
inter quos erant præcipui Belgarum Proceres. Cùm verò Januario mense Anno  
seculi 49 Spiram ingressus per Nemetes Lutzelburgum, atque hinc ad Braban-  
tiæ fines pervenisset, universa Cæsaris aula, & quidquid Bruxellis erat nobilitas,  
Waveram usque in occursum sese effudit, juxta arcem Vuranam ab Hunga-  
ria Regina Maria, amita, quæ Belgium per absentiam Caroli moderata fuit,  
duobus à Lovanio millium passibus exceptus est. Unde post nocturnam quietem  
Calendis Aprilis, in apertam Campi Harenheiani planitiem ductus, Bruxellam  
Lovanium, Mechliniam, Antwerpianam, nobilissimas simul urbes, intuitu unius lo-  
ci haufit, & cum Amita proceribusque amplissimum tentorium ingressus mili-  
tari ludicro recreatus est. Stabant in propinquo erectæ munitiones, ex opposito,  
geminæ. Uni, cum septingentis, quæ peditibus, quæ equitibus viridi colore orna-  
tis, Pedemontanus imperabat Princeps, unicus Sabaudia Ducis heres; alteri cum  
pari

pari militum numero albi coloris habitu insigni Reussii Comes Praefectus erat. Hi, digestis in aciem cohortibus, commissisque utrumque in prælii simulacrum ordinibus, per horæ facile spatiū, viris armisque, horribili quadam voluptate, collisis, tanto jucundiùs præbuere Philippo spectaculum; quod pugnæ sine noxa intercesset. Hoc à ludicro epulis resesti Bruxellam illustri comitatu tendunt, ubi ante Lovaniensem portā à sacerdotali, intra eandem ab Ecclesiastico Magistratu gratulatoria oratione honoratus, ad nobilissimum S. Gudilæ templum deducitur, aëisque Deo gratiis, Ambrosianus Hymnus concinitur. Hinc ad Montanam platem digressis tot se triumphales arcus, tot per diversas scenas spectacula, (ut in ejusmodi apparatus, & ingeniosa, & profusa Belgarum natio est) obtulere, ut novitate & admiratione captus Princeps, aliquot his lustrandis horas incedens derit, quā tarditate suum incolis laborem benevolentiamque commendabat. In foro fontem reperit, qui rubente vino aquarum loco scaturiret, non grato minūs vulgi palato, quā oculis profluvio. Ad aulam cùm venisset, ab utraque in foribus amita, Maria & Eleonora, cum osculo salutatus, inter utramque festinus ad Patrem Imperatorem contendit, acceptusque in amplexus cum tanto est gaudio, quanto credibile est ab optimo parente filium unicum excipi potuisse. Exinde Cæsar, præmonitus de inaugurando filio Belgarum ordinibus, ipse cum utraque sororum, Lovanium urbem Brabantiae primariam eundem illustrissimo comitatu deduxit. Ubi postquam V. Julii Brabantiae Limburgique ducatum, & Valkenburgii Dalemiique Dominium maximā solennitate adiisset, ultrò citroque Sacramento fidelitatis, ex more Majorum regendi parendique præstito, ad ceteras ordine Provincias, mutuâ fide obligandas processit, magnis ubique, & honoribus, & muneribus cultus. Quo in officio Antwerpenses nulli urbium secundi 130 millia coronatorum impendisse memorantur.

Inter hæc Episcopi per Germaniam synodis cogendis, reformandisque Ecclesiasticorum moribus, ex Cæsaris postulato, invigilabant, celebresque in primis Provinciales synodi à tribus ad Rhenum Archiepiscopis, Sebastiano Mogunito, Joanne Trevirensi, & Adolpho Colonensi sunt institutæ. Quarum tam de fide, quā moribus Canones in tomis Conciliorum exhibentur, difficiliorque tum Moguntino, tum Colonensi, ob Sacerdotes, tam ex Buceri disciplina, quā induito, ut ferebant, Carolino, uxoratos, ad cælibem vitam revocandos, labor fuit, ut geminā intra hunc annum, & tertia etiam sequentis anni Synodo Colonensi, pro Clericemendatione obnitendum fuerit. Priorem ejus Synodum, datis Bruxella Cæs. IV. Non. Julii literis, ratam habuit, suisque in dominiis, quæ Agrrippinati suberant observandam imperavit.

Accesserunt quoque sub Maii exitum, tres Pontificii, quorum supra memini, Legati Cæsarem Bruxellis per gratiā, sed absque fructu, Germania; quod plerique, quibus indulgentia Pontificia offerretur, vel Prædicantes essent Apostolæ, qui Ecclesiam Rom. quam uxores mallent relinquere, vel Proceres bonis jam Ecclesiasticis inescati; vel plebei, qui calicem sibi à Christo, ut ferebant, oblatum noillent eripi.

Bruxel-  
lensium  
Philippo  
gratulâ-  
rium ap-  
paratus.

Inaugu-  
ratio Du-  
calis.

LVIII.  
Synodi  
Archie-  
piscopa-  
les ad  
Rhenum  
pro re-  
forma-  
tione ha-  
bentur,  
urgenti-  
bus Pon-  
tificis.

Legati  
Pontifi-  
ciū irrito  
labore  
defudat.

Quo

1549.

**Cæsar Legatis Pontificis ratio- nes fa- torum suorum exponit.** Quo nomine cùm Cæsarem convenissent, isque hæc ratione magis, quæ vi obti- nenda sentiret; quod fides persuadenda animis, non imperanda armis esset. Neque si bellum religionis susciperet, parem se facile Germanis futurum existimaret. Caussam dixit negle- ctæ fidei, cuius restituenda nuper spes maxima affulsiisset, in obstinatæ mentis Pontificem, Concilium loco idoneo recusantem recidere. Rectius igitur facturos, si emendationis curam Germanorum Episcopos relinquant, à quibus minori fastidio Germani aliquâ peste infecti, remedium accepturi sint. Sibi cura in primis fuisse, per indulatum vulgo calicem, cleroque uxores, quas eripere nequiret, permisas, ut morbum, si non tolleret, certè leniret, propiorem que errantibus ad resipiscendum viam sterneret. Si qui Catholicorum ad eadem manus ex- tendant, inconcessa arripere, non accipere permissa; minusque peccare ceteris, qui integris penè regionibus, se nequicquam obnitente, ad Lutheri deliria abripiantur. Futurum deni- que, ut Pontifices ad consulta abs se remedia sero respiciant, quando jam Germania salus e- rit deplorata. Tenere se in vinculis Principes, non sine acerba Procerum imperij querimonia qui ob pertinacem hæresim dimitti tutò nequeant, nisi rebus ante de religione compositis, ex cuius perturbatione, ceu malorum fonte, imperij tranquillitas potissimum subvertatur. Hæc aliaque Ferentinum in Italiam redeuntem, ceteris apud Cæsarem subsisten- tibus, ad Paulum referre jussit, & meliora consilia, ex præsenti rerum discrimine capessere.

LIX.

**Paulus III. Papa monitur, ex nepo- tis consi- liis tur- batus.**

**Parmæ amitten- dæ metu Octavius Papæ ad- versatur.**

**Paulus I ex per- turbatione**

Sed vergente ad exitum Anno Paulus quoque Pontifex ad vitæ metam de- currat, inclinatæ quidem ad tumulum ætate, sed famen violentia quadam in mortem præcipitatæ. Causa ex Aloysio filio erant nepotes, multorum Præsulum scopuli, quando ad hos immoderatam curam, peculiumque convertunt. Desperabat Placentiæ, cum filio, amissæ restitutionem à Cæsare Pontifex, ideoq; se Galli studiis addixerat, quod Parmæ etiam à Cæsareis occupandæ metus urgeret. Hanc igitur Octavio nepote, Caroli genero per astum excluso, pontificioq; mi- lite sub Camilli Ursini ductu immisso, Ecclesiæ, ut fuerat, reddendam præ se fe- rebat, Octavio in principatum Camertiæ, unde quondam exierat, reducto; ratus hac mutatione titulum invadendi Carolo subtrahendum. Sed cùm Rex Galliæ pro altero Pauli nepote Horatio, quem sibi Diana filiâ spuriâ in connubium ob- latâ, generum adsciverat, Parmam instanter posceret, veritus Octavius ne præ- habito fratre ipse ducatu excideret, avo inconsulto, Parmam cum aliqua suorum manu advolavit, illamque se præsidio deluso occupaturum sperat. Verum Ursi- nus cavere jussus, ne cui etiam Nepotum arcem crederet, opportunis per urbem custodiis Octavium ab instituto deteruit, arcisque deditiōnem postulantem re- jecit. Hac spes dejectus ad Cæsaris partes accedit, simulque ad fratrem Alexandrum Cardinalem facti consilium perscribit, jubetque denuntiare Pontifici, nisi Parmam redderet, Cæsaris se se opibus ac clientela facile in pristinam possesso- nem redditurum. Quæ literas ubi Pontifex inter Quirinales Hortos obambulans inspexisset, doloris indignationisque obortæ impar, animo linquitur, intercepto- que per horas quatuor vocis usu, pro mortuo habetur. Vix denique mente in sensus collecta, se etiamnum intellexit vivere. Insperatum hoc vulnus erat, ab il- la, velut per gladium, inflictum manu, quam cum multorum offensione, & ama- ve-

1549.  
leni pharmaco posset sanari ; siquidem febris ex defectione contracta mansit, quoniam  
quæ quinto post die, qui erat IV Idus Novemb. clarissimæ memoriarum Principem  
ad alteram vitam transtulit, annos jam unum & octoginta natum, ex quibus Pon-  
tificio XV, publicis verò muneribus ad L, summâ cum laude, impenderat. Ro-  
mam miserè bellis valtatam, cadaverisque in speciem deformem nactus, honesto  
adficiorum cultu pñne ad vitam revocarat, Vaticatum senatum viris suæ æta-  
tis ornârat præstantissimis, eximis prudentiæ ac moderationis Princeps, cui ta-  
men immodicus stirpis amor detraxit, magno demum morientis dolore utcunq;  
absterrit, cum eo, quem exacuerat gladio, se se iustum sensit. Si mei, inquietabat cum Da-  
vide, non fuissent dominati, immaculatus esset. Majestatem humanitate ita condie-  
bat, ut illâ par summis, hâc vix dispar imis videretur, literis apprimè cultus, etiam  
quæ astrologicæ vanitatis erant, secus quam tanti nominis ferebat dignitas, pro-  
cul tamen à tam infami, quâm Apostatae profligatissimi Ochinus, & Vergerius,  
atque ex his Schleidanus illi affinxit vitâ, ut opinor suo Bezae sodomitæ adulterioque,  
etiam versibus id temporis celebrato, tantum Principem fingerent similem, cùm in summum hoc Ecclesiæ caput, alia, præter calumnias, tela, perditissimi  
homines figere nequeant. Ceterum quis orthodoxæ in illo religionis promoven-  
da zelus arserit, si neglecti Concilii rationes separe, teſtari poterunt Ordines ab  
eo sacri in Ecclesiæ ornementum simul & adjumentum instituti. Etenim Cleri-  
corum S. Joannis decollati Ordo, cùm deinde Congregatio Fratrum Capuccino-  
rum, denique Societatis Jesu institutum ejus autoritate receptum valuit, quali  
quantoque orthodoxæ religionis per Orientem Occidentemque propagatae, per  
Europam etiam conservatae bono, toto jam orbe exploratum est.

Ingens erat novi Pontificis exspectatio, præcipue cùm inter Gallicam Hispaniamque factionem media, quam dicunt volanteim, & Alexandro Farnesio Duce regebatur, (ex qua momentum electionis ut plurimum dependet, ut quod se illa dederit, hic suffragiorum pondus feratur) præter exspectationem à Gallo ad Cæsareos translata, spem Montano Cæsarisi inimico, quem tamen sua æstimatione magnum plerique designabant, ademisse visa esset. Et Polus quidem Cardinalis principio virtute sua, tanquam Magnete tactos animos ad se pertrahebat, quando & regio Anglorum genere, & religionis qualitatæ, regionisq; amissæ for-  
tè hoc decus merebatur; sed ubi duo calculi ad apicem honoris defuissent, isque, quâ erat demissione, negletim hunc honorem exciperet, ad majorem beneficij æstimationem suffragia Patres transtulerunt. Joannem Mariam Montanum scili-  
cer gente Arretinum, tanto majori admiratione omnium; quod quem Galli, tan-  
quam à Cæsare aversum, unice spectarent, ut quo potissimum Autore Tridento  
abierant, & Bononiae repugnante Imperatore Patres substiterant, hic, inflexo in  
favorem, per Cosmum Ducem Florentinum Carolo ejusdem niti VI Idus Febr.  
electus sit. Qui a sumpto Julii III nomine, cùm in 50 Jubilæi annum exordia ipsius  
dignitatis incidissent, ejus solennitatem prisco more celebrandam ante omnia  
indixit; ac subinde, ad preces Cæsaris, quod ante Pontificatum damnaverat, Tri-  
den-

LX.  
Inexpre-  
sata cle-  
cto Mō-  
tani, Iuli  
III d. eti,  
ab ipsis  
Cæsarea-  
nis qui-  
bus ma-  
xime ad-  
vertitus  
fuerat.

An. 1550.

1549.

denti Concilium ; hoc, velut per creationem mutata mente, omni conatu restituendū duxit. Animadverterat enim sua se suspicione falsum, quā omnino futurum credidit; ut Carolus Synodo in potestate constitutā ; suo ictic arbitratu novi capitis electionem imperaturus esset; Tridentinosque in circo detineri Patres, ut hi in suffragia, licet ceteris deficientibus, coirent. Quod ubi eventum comperisset procul à Cæsaris abfuisse consiliis, qui Tridentinos Romam à morte Pauli destinasset, errorem suum hoc obsequio correctum volebat. Quin etiam, ut Galliarum Regem Henricum, sine quo labefactanda Synodus videbatur, quique nihil minus, quām consentientem Imperatori Germaniam cupiebat, eodem induceret, per Legatum hoc veluti arcānum communicari voluit : convenire omnino Henrici rebus, ut Concilium quantocuyus ipso assentiente haberetur; quod, hoc negato alias Carolus, indictis Auguste comitiis, religionis stabilem pacem cum Protestantibus initurus, citra justam Catholicorum obreceptionem, esset : cum aliud sibi tranquillitatis sperat & medium nullum supersuisse, jure obtenturus viseretur. Quo facto, longè obsequentiores Protestantes metuendos Gallis habitus esset, quām si ad Concilium, quod horrerent, invitatos adigeret. Per quod ciuitatis ad arma rursū seditionesque, quam assensum Romanæ Ecclesiæ impellendi forent. Et hæc adeò appositè ad veritatem, quæ eventu probata est, differuit, ut Henrico persuaserit, qui ex Imperii tempestate & iactatione, suam quietem, aut belli certè lucrum metiebatur. Aliò tamen spectabant consilia Pontificis, qui florentibus adhuc Caroli in Germania rebus, hereticorum, seu metu, seu veritate impulsorum, relipiscientiam exspectabat ; ideoque Carolum horratus est, eos, ut in Comitiis induceret, ad Concilium Tridentinum unā cum aliis Imperii ordinibus à Pontifice petendum ; uthinc sibi quandū parendi necessitatem imponeant Concilio, ipsis postulantibus concessio. Ita subtilis ingenii perspicaciā suo diversos Principes, tanquam horologia pondere moderabatur.

LXI.

Cum in  
preclivi  
religio-  
nis per  
Synodū  
conclia-  
tio esset,  
repente  
novis im-  
predi-  
mentis  
heret.

Et res exvoto fluere visa, neque plerique Protestantium, qui Lutheranā nuper fide, & Augustanæ Confessionis præcipuis de Justificatione, Sanctorumque Invocatione, & Missæ Sacrificio, decretis cesserant; suā semel statione deturbati, difficulter in reliquis cessuri erant. Cum & Pontifex utramque facile Eucharistia speciem, modò integrum sub qualibet agnoscerent Christum, ad solatium pietatis indulgere cupientibus prisco more posset, & profanis Prædicantibus Protestantium, qui nullis apud Romanos sacris inaugaurati essent, suas nihil veteret uxores concedere. Apostatarum autem Sacerdotum libidini fovendæ, tantum Imperii status, quod à scissa religione & Germaniæ tranquillitate impendebat, periculum, posthabituri non crederentur. At suō rursū dæmon artificio insperatas Concilio Caroloque pedicas injecit, quas suis ipse Cæsar manibus imprudens fabricarat, dum, post occupatam in Italia Placentiam, Gonzagæ Mediolanensis consilio Parmæ inhiareret. Octavioque genero, qui hanc liberalitate insigni Julii Pontificis receperat, ex desperatione, mentem ad Galli protectionem transeundi injiceret. Unde correptis utrimque armis Rex Galliarum, non tantum non promovere Synodum; sed impedire pro viribus conatus, & Helvetios

Aca-



Acatholicos ab eadem abstraxit, & Germanos ad obserendum animosiores reddidit, & ipse Legato missio, oecumenicam hanc Tridenti Synodum se non agnoscere contestatus est. Alter gravissimus Caroli error fuit, quod Mauritio haeretico homini, & jam non obscure præ ceteris Synodum detectanti, suum in Germania exercitum, pari ferè haeresi infectum, traderet, humanamque ab eo constanter fidem exspectaret, quem sentiebat negasse divinam. His igitur se denique pedicis serius sensit implicatum. Augustam tamen ad indista 6 Cal. Julii comitia, spe magna firmandæ pacis Cæsar processit. Septenvirorum duo Moguntinus ac Trevericus aderant, quibus denique Colonensis accessit, ex ceteris Principibus, Guilielmus Bavarus & Henricus Brunswici Dominus. His Episcopi ex diversis imperii locis adjuncti septem. Evocaverat, ut diximus, ex Hispania Carolus filium Philippum, quem Successorem in imperio, fratre Ferdinandō excluso, destinabat; sed ubi iñvitis Electoribus ea se moliri animadveiteret, ab incepto deslitit. Actum igitur de Concilij Tridentini acceptatione, libriq; Augustani inter Acatholicos Principes usū, dum ex mente Concilij religio instauraretur. Sed & judicium Spirensē ad integratam revocari, Ecclesiarum bona suis restitui possessoribus, rebelles ad imperium armis etiam cogi placuit.

Mauritius in ceteris Principibus durior Concilium se quidem admissurum, dixit, si temporum superiorum decreta, ceu minus aqua ad novum examen revocentur. Augustana confessionis ministri non solum in partem Concilij, sed & judicij de controversia rendi recipiantur, neque Pontifex istuc supremi judicis officio presideat, aut jurejurando suos sibi Episcopos devinctos teneat. Verbo plena istuc cuiilibet sentiendi dicendique libertas maneat. Hanc contestationem publicè factam cum in acta comitiorum referri cuperet, id à Præside Moguntino, illi ut proximis Augustæ decretis repugnans, est denegatum. Sic ea Mauritiī exceptio, pro dicto solum habita, quæ communem reliquorum Concilio absque contestatione acquiescentium, sententiam non retardaret. Ita Concilii postulatione probata, rogatus à Cæsare Pontifex, restituenti Tridentum Concilii diploma per Europam Cal. Decemb. vulgavit, jussitque interea Protestantes Cæsar Augustani libri decretis insistere. Sed parùm ea re, nisi ad majoris discordiæ ac bellorum subnascentium incrementa promotum est. Ea fuit & Magistratum ad Cæsaris mandata negligentia, & verbi Ministrorum ad subditos concitandos protervia. In Belgio intactum haec tenuis illa sese etiam morum corruptio, una cum haeresi, transfundebat. Cui malo & severissimā damnatorum librorum proscriptione, & in homines de fide suspectos animadversione tempestivè occurrentum ratus: sacrum inquisitionis tribunal admisit severitate Hispanico proximum. Delatori vero haeticorum, ubi digna probatio niteretur, ingens constitutum pretium: reis omnium bonorum abjudicata possessio, extremumque in vivo rogo destinatum supplicium est, culpa tamen penitentiā mitigandum; ita quidem, ut vir gladio, femina defoßione noxam expiaret. Hujus decreti terrore novarum rerum studiosi homines, aut fugâ subduci sunt, aut à cœpti audacia revocati.

Magdeburgenium vero etiam, aliarumque per imperium urbium contumaciam

In Belgio  
Carolus  
ad arcē-  
das ha-  
retes in-  
quisitio-  
nis tri-  
bunal  
statuit.  
legesque  
severas.

LXII-  
Magde-  
ciā

1550.  
burgum cià provocatus Cæsar, ferro flammâque ad obedientiam reducere statuit, quos  
cum aliis nec pacis consiliis, nec proscriptione vulgatâ poterat. Id negotium cum Georgio  
urbibus Megelburgi Domino à Cæsare datum: is per objectos latè agros cædibus incen-  
obsistens diisque graffatus, obvium etiam ex urbe hostem magna strage profigarat; sed  
Cætatis quod his cladibus, obsfirmati in ultimam perniciem animi, ad parendum inflecti  
decretis non possent, re in deliberationem adduclâ decretum in eos à Cæsare bellum est,  
per Mau Cui Mauritius, altis sectariorum Principibus facilè quatuor accendentibus, cum  
ritium summo imperio præfectus est. Diu obsidio inter datas acceptasque utrumque cla-  
expug- destenuit. Suburbium alterum, quod novam urbem nuncupabant, à Mauritio  
natur, non magno tempore negotioque obtentum, prædâ flammâque exhaustum est,  
alterius deinde suburbii facultates cum civibus ad urbem veterem traductæ à  
Magdeburgensibus, incendioque consumptæ domus sunt; ne quid inde emolu-  
menti ad hostes perveniret. Auxilium à Joanne Haidecco & Alberto Mansfel-  
dio præstolabantur obfessi; sed illos, collecto ex maritima Saxonia milite, non  
dum satis validos Mauritius viribus ac pugnandi felicitate occupavit, aliosque  
gladio hostibus subduxit; alios Cæsarea militia sacramento addixit, Mansfeldio  
rebellium Duce fugâ servato. Hanc cladem ut cunque pensavit militum præ-  
diariorum fortuna ac virtus: cum improvisâ irruptione equitatum Mauritii in  
 pago Otterslebio aggressi, magnâ strage, multos ferro, multos flammâ in domos  
congestâ consumpsérunt. Ter centum propemodum equitum, inter quos Comes  
Megelburgicus, in captivitatem abstraxerunt. Sic alternante utrorumque fortu-  
nâ, non minori obsidentium, quâm obfessorum pertinaciâ annus extractus est,  
dum, productâ in alteram hiemem obsidione, se denique ad obsequium Cæsaris  
submiserunt, iis legibus; ut ad Ecclesiasticas possessiones antiquæ, basilicæq; re-  
dirent, atque Imperatori tormenta 16 ac centum aureorum millia multæ no-  
mine penderent. Bremæ Argentinæque maturiùs resipiscientis mitior conditio  
exitit, orthodoxæ verò fidei exercitia in urbem utramque sunt reducta. Ita suo-  
rum Acatholici armis expugnati sunt, quanquam simulare obsequium Mauri-  
tius quam præstare; & vinci sine dedecore, quâm vincere cum honore, maluisse.

LXIII. Novos hoc eodem tempore per Africam motus Dragutus piratarum celebre-  
Expedi- rimus Princeps concitabat, postquam Hariadeno Barbarossæ in Algerii princi-  
tio a Cæ- patu succederet. Is enim regni sui initia nobili facinore consignatus, Leptim  
sarani- (Mahamadiam nunc dictam) Numidarum urbem vi ac fraude occupat, quâm op-  
contra Dragu- bus viribusque egregiè instructam, tanquam sedem latrocíniorum prædarum  
tum feli- que per Siciliæ Hispaniæque littora exercendarum constituit. Sed Carolus tan-  
cier in tis mature incommidis occurrentum ratus Joanni Vegæ Siciliæ, & Petro Tole-  
Africam toano Neapolis, Proregi, denique Andreæ Auræ classis lux Præfecto hanc in rem  
suscep- naves virosque jussit instruere, qui non indiligerent hoc munere perfuncti, adul-  
ta jam aestate Lepti instructam classem circumfundere, murisque urbis, terrâ mari-  
que magnâ tormentorum vi quassatis ac dirutis, tandem militem immittunt. Melitenses equites mari, Hispani Italique terrâ, magnâ æmulatione virtutis per-  
mutorum ruinas enixi sunt. Illi celeritate & ardore pugnandi superiores, negle-

Età cadentium strage, per suorum hostiumque permixta corpora interiori urbis pomero sunt potiti. Quo exemplo & Hispanis auctus animus, & hostibus immunitus, nam & illi vallis occupatis, congregatos denique in foro Afros aggrediuntur, qui in praesenti discriminè extremo virtutis conatu oblutantes non multam mortem opperièr. Clades Janizerorum facile ostante occidione absolta est, ceteris, ferè sex hominum millibus in militem distributis, servitus pro morte fuit. Expiatum urbis templum est, Christoque consecratum. Præsidium ex Hispano milite bis mille ducentorum hominum relictum. Ingens verò cum nobilissima hac victoria præda in Europam deportata est. Dragutus facti penitens ad Solimannum sese contulit auxiliorum gratiâ, sed tanti hostis vim minasque jam contemnere Carolus didicerat, postquam majori militum numero, quam robore subnixum competisset.

Interea Romanus Pontifex Julius ad Ecclesiasticæ disciplinæ emendationem curam omnem converterat, publicato enim diplomate sex mensum aberrantibus à fide morum indulxit, quo tempore cuilibet culpam suam confessio, omnes hereticis interminatas à jure penas remittit, atque ad officia quacunque ac beneficia idoneos pronuntiat. Eodem provocatus Rex Galliæ exemplo magna in desertores fidei severitate animadvertisit, ut jam totâ Europâ in exitium hereticorum conspirante hæc brevi animorum pestis expugnanda videretur; sed nondum ita Superis visum, hanc mortalium insaniam ad majus etiam rei Christianæ emolumentum perferentibus. Imperatum diploma Pontificium de Concilii institutione Nonis Januarii est, Anno seculi 51. ad novi Pontificis electionem consequente. Nec mora, Cæsar illud in Augustano conventu lectum ad omnes Imperii ordines, cum mandato in eodem Concilio comparendi, destinat: cautum omnibus fide publicâ est de via, loco, officioque in sententia dicenda liberè obeundo. Ea res utiliteranis profusa ingrata, lic defendendi sui magnam injectit curam. Ad Melanchthonem plerorumque conversi animi, quid agendum sentiendumque exspectabant. Quæ enim, quantumque crediturus quisque esset, vix satis in vulgus constabat, recenti opinionuna varietate, mutataque quot annis religionis observatione, confusum. Mauritius igitur hoc negotium Melanchthoni imperavit. Scriptum aliquid breve dilucidumque concinnaret, quo rerum credendarum articulos completeretur, Concilio deinde, ad exploratæ veritatis cognitionem, exhibendum. Fecit ille sedulò atque ita quidem ad suorum popularium ingenium, ut nemo improbaret. Flacciani etiam, licet superiorum temporum inconstantia irritati, accederent, quin & Brentianis denique hoc scripto acquiescendum videbatur, tituloque repetitæ confessionis Augustanæ vulgandum, ne temporum lapsu domesticis inter se dissensionibus scède divulsi, in isto orbis Christiani theatro comparerent, ridendi magis, quam in sapientum virorum consilio audiendi.

Mauritium tamen suorum, aut concordia, aut caussæ æquitati dissidentem, alia ad bellum consilia revocabant, quo se facile incautum Cæarem Conciliumque oppressurum speraret, ut qui Cæsar's arma militemque Germanum, sibi ferè religione addictum, in manibus ferret; quod ut promptius fidentiusque pos-

LXIV.  
Pontifex  
ad Eccle-  
siast. cæ  
discipli-  
næ emé-  
dationē  
iacum-  
bit, Rex  
Gallæ  
in bære.  
ticos a-  
nimad-  
vertit.

1551.  
Cæsar •  
mnes et-  
iam A-  
catholi-  
cos in  
Concilio  
Trid. cō-  
parere  
jabet.  
Meläch-  
t. ò Maus  
tio ju-  
bēre no-  
vam Cō-  
fessionem  
proudit  
& Repe-  
t. Au-  
gustanam  
appellat.

LXV.  
Mauri-  
tius ut  
Concilū  
everat,  
occulte

1551.  
rebellio posset, Henricum Galliæ Regem suæ fauorem adjutoremque audaciæ habitu-  
nem more rum se credebat. Neque fefellit opinio, cùm eodem pñne Gallus tempore ad-  
litor, versus Pontificem Cæaremque Parmam, suis in Italia præsidis, occupaverit. E-  
Gallum rat jam olim Placentia ac Parma à Maximiliano Cæsare in gratiam Julii II ad  
que alis titulis ad Ecclesiæ patrimonium donatione adjuncta : quod munus deinde Leoni X per  
societatem Carolum est confirmatum. Denique Farnesius sub Paulô III jure beneficiario  
perstrahit obvenerat. Sed, quod novarum rerum contra Cæsarem studiosus Pater Farne-  
siorum Aloysius esset, conjuratione sublatus Placentiam rursus Carolo relique-  
rat, qui ne Parmam eodem titulo eriperet, præsidio a Pontifice mature submisso,  
cautum fuit. Octavius verò Farnesius Nepos, cùm Romæ ab avo officii specie  
detineretur, frustraque tandem Parmam reposceret; primum Cæsar, deinde  
Paulo defuncto, possessionem quam avus negaverat, insperatâ Julii, quantumvis  
sanguine alieni, voluntate recuperavit. Verum in consulto denique Galli feso pa-  
trocinio credidit, qua re, hinc Socero Cæsari olim Parmam concedenti, inde Ju-  
lio Pontifici amissam nuper restituenti parum dignam gratiam rependit. Ergo  
odio bellumque inter Galliæ Regem ac Pontificem Cæaremque per Italiam  
exarsere, Carolo non injuriâ formidante, ne Rex occasione tutelæ Insubrib⁹ im-  
mineret. Veneti ac Cosmus Florentiæ Dux armæ de manibus utriusque ante  
cladem extorquere conati. Id quidem impetrarunt à Cæsare demum, quod, ad  
vitandum bellum, jam ante concedendum fuerat, ut Placentiam Parmamque  
in pontifica esse potestate imposterū vellet, modò ne Farnesi tanquam rebel-  
les periculō, ad eorum possessionem redirent; sed Octavio in Parmæ locum Ca-  
mertiū principatus obveniret. Abnuit Octavius cum Rege.

LXVI. Rex Gal-  
liae Ang-  
lum sibi  
Turcam  
que con-  
tra Cæ-  
sarem  
addicit,  
cladēque  
buic in-  
fert per  
Dragu-  
tum, ob  
quod fa-  
ctum  
Gallo  
Pontife  
& ille  
huic gra-  
via inter-  
minatus  
est, sed  
denique  
conci-  
lliantur.  
Hic etiam, solicitatis nequicquam in bellis societatem Venetis ac Genuensi-  
bus, Eduardum denique Angliæ Regem ad hanc pertraxit, ac cum Turcarum  
Principe Solimanno federa quondam inita innovavit, qui ad Siciliam, Melitam,  
aliasque Cæsaris ditiones bello vexandas ter centum ac viginti navium classe  
Sinanum Bassam destinavit. Rex tamen belli famam bello illato præventurus  
Polinum Gallorum Archithalassum Dragutio Piratarum Principi suas adjungere  
triremes voluit, qui fortunā fraudes adjuvante Tripolim Mauritaniae urbem al-  
lapsus, Francicis ubique signis elatis, pro amico in portum admissus est. Dragutus  
exutâ mox larvâ cum suis urbem, præsidiariis cæde sublatis, occupat, cives in  
servitutem abducit, suisque familiaribus ac præsidiis oppidum attribuit. Eodem  
Polino Duce, ac pñne tempore Franci onerarias Belgarum undecim, merces in  
Hispaniam pacis fiducia transportantes intercipiunt, atque astu haud vulgari  
extorquent. Submisso enim, qui significaret à Gallorum triremis Scotia Re-  
ginam deportari, simulque aliquod honoris obsequium, tormentis more nautico  
applaudentium postularet. Ubi à Belgis nil hostile suspicantibus amicè illud  
profuseque præstitum esset, inermes ferè à Gallorum classe septi coactique dedi-  
ctionem feceré, ut sua illi humanitate perierint; hi perfidiâ triumpharint. Adeò  
multis ad victoriam nihil interest, virtute illam, an scelere consequantur. Quanquam  
Galli (ut bellorum causis in adversarios amoliendis studere cuivis moris est) in-  
fidias

fidiis à Maria Belgii Gubernatrice Marescallo Sanctandreano primū instru-  
ctas memorabant, cùm a pace Anglica, honoris gratiā equestria S. Michaēlis in-  
signia Regi Britannorum deferret. At Pontifex gravissimè fedus Gallo-Turci-  
cum detestatus, quo barbarus, qui & se a Cæsare in Draguto lœsum querebatur,  
non Siculum mare tantum, sed & Hungariam Transilvaniamque animo lio re-  
petebat, sub interminatione anathematis, Henricum tam indignæ Christiano  
Principi societati obnuntiare jussit. Quā denuntiatione Rex irritatus, Solimanni  
provocati culpam in Cæsarem ovare conatus est, licet denique per Aramon-  
tium Oratorem id Henricum egisse, manifestè compertum sit: nec ipsius quidem  
Regis defensoribus id crimen detrectantibus. Ceterū Rex ad illam Pontificis  
libertatem excandescens, Sorbonicis Theologis Galliæque Præsulibus in consiliī  
speciem advocatis, post ejectos ex aula Pontificis, Cæsarisque Legatos (tantum  
audaciæ potentia sufficit) statuit pecuniam ad diplomata beneficiorum tribui  
solitamjaliis imposterūm usib[us] impendendam. Nec desunt, qui memorent ad  
augendum Pontifici terrorem (quæ mihi tamen affirmanda non duxi) de summo  
Ecclesiæ Patriarcha proprio in regno consilia agitasse, ne ad peregrini hominis  
arbitrium sua cogeretur facta exigere. Sed ut à Rege actum, fulmina hæc u-  
trumque absque iectu ullo jaeta fuere, & Pontifex cum Gallo, positis minis armis-  
que in amicitiam anno in sequente rediit; diversis tamen studiis, quod is pacem, hic bellum cum Cæsare impensius sectaretur.

Bosius  
h[ab]it[us] Ieron[.]  
part. 3 l.  
15. o. 16.

Philip-  
pus Cæ-  
sar[is] fil.  
spe suc-  
cessionis  
in Imp.  
destitu-  
tus reddit.

LXVII.  
Ferdinā-  
di Regis  
in regno  
Hunga-  
riæ con-  
tra Tur-  
cam pro-  
pugnat-  
do l[or]s  
pe G[eo]r-  
giuum  
Transil-  
vani Tu-  
tor[um] peri-  
clitatur.

Natal. 1. 4.  
G. 5. Flor.  
Rem. 1. 4.  
c. 7. 1st  
huanff. L.  
16. o. 17.

Hæc inter Philippus Hispaniarum Princeps, spe successionis in imperio desti-  
tutus; cùm neque Ferdinandus patruus, neque ejus filius Maximilianus, (qui ex  
Hispania, dum hanc animadverteret telam à Cæsare ordiri, properè ad volave-  
rat) favori sibi à Germanis impenso obnuntiare vellent; nec denique Imperii  
ordines, Galliarum etiam Rege stimulante, tot Regnorum Dominum, peregrino  
cælo ingenioque natum admitterent, sub Maii exitum in Hispaniam se recepit, quem Augustā decedentem à Cæsare Maximilianus nepos comitatus est, ut reli-  
etiam in Hispania conjugem, jam altera prole secundam, secum in Germaniam ad  
Ferdinandum Patrem traduceret.

Hanc id temporis ad Hungariæ defensionem Turcica arma revocabant, quæ  
in subsidium Isabellæ Reginæ viduæ ejusque filii Stephani, post Joannis Sigis-  
mundi diisti, contra Ferdinandum, Solimannus Transilvaniae inferebat. Occasio  
sumpta ex cæde Georgii Monachi, Tutoris à Joanne Waivoda Transilvaniae &  
Hungariæ Rege moriente relikti: cuius egregia bello ac pace virtus huic illum  
muneri aptaverat. Is, ex tenui Dalmatarum nobilitate, infima puer, in aula Joan-  
nis, obierat ministeria, indeque aliquâ literaturâ tinctus, D. Benedicti familiam  
adiit, ac Monachus istic & Sacerdos factus. Joanni in Polonia exulanti hafit, ei-  
demque fidelem satis prudentemque in gravissimis negotiis navavit operam, ut  
is à Solimanno, cui se clientem tributariumque addixerat, Transilvaniae Hunga-  
riæque restitutus, Georgium qui sturæ regni, & Varadinensi Episcopatui, ac de-  
nique moriens tutelæ filii præficerit, quam astutius fortiusque, quam prudentius  
constanciusque administravit. Cùm levi rerum momento, nunc Reginæ, nunc

1551.  
Virium  
Georgii  
ex Mo-  
nacho  
Tutoris  
ingeniu-  
m Tur-  
ca, nunc  
Ferdin-  
do addi-  
tum.

Solimanni, nunc Ferdinandi etiam partibus adhæresceret, magna ferè semper felicitatis, quo se verteret, inclinatione; tantum in agendo consilii viriumque adferebat. Principio cùm Ferdinandus à morte Joannis Regis Budam, aliaq; quædam loca, ex pacto repeteret, impensas refusurus, Reginæ assentienti Georgius obstitit, Budamque cum Solimanni ope tuitus, in hujus denique manibus (Reginā cum pupillo in Transilvaniā ablegatā) relictam cum dolore vidit, suā ipse perfidiā delusus. In Transilvania deinde ita rem gessit, ut Reginam simul cum reliquis in servitute possideret. Unde hæc, illius tyrannidis excutiendæ gratiâ, cùm ad Solimannum confugisset, ipse ad Ferdinandum se convertit, qui id temporis Protestantium cum fratre bellis implicitus, licet tenue illi auxilium præstaret, adeò tamen adversus Turcas felici marte Georgius sèpiùs depugnavit; ut illum Solimannus amicum, quām hostem mallet. Verūm deniq; Transilvanis non minus, quām Reginā imperium hominis aversantibus, cum ad Ferdinandi se rursus præsidium contulisset, is, jam finito bello Saxonico, Joannem Baptistam Castaldum Marchionem Cassani Italum, illi cum exercitu submisit, Reginamque non inquis conditionibus induxit, ut Transilvaniā fibi cederet. Archiepiscopatu Strigonensi, cum amplissimis redditibus in Georgium collato, quem Cardinalitiâ à Pontifice impetratâ purpurâ auxit. Verūm nec hac contentus sorte inquietus homo, cum Solimanno iterum de Transilvaniā Ferdinandō auferendâ, consilia agitare compertus, per Castaldum in arce Bintio immis̄is sicariis interfecitus est. Ferdinandine imperio, ut vulgo existimatū est, incertum man̄sit. Imo extra culpari fuisse judicatus est, quando Pontifex execratum idcirco Ferdinandum, postquam suam hic obtendisset innocentiam, neque probatio sceleris manifesta esset, eundem rursum absolvit. Sicarii tamen autoresque necis, brevi tempore, funestum divinitus exitum habuisse observati sunt, quorum interitu magis etiam Ferdinandus purgatus est, creditumque thesauri, quem Georgius sat amplum possidebat, amore Castaldum aliosque hoc facinus perpetrasse. Locus ubi occubuit, Ecclesia recens fuerat, quam Georgius ad amoenitatem habitationis augendam demolitus, in suum commodum verterat, Abbe loci frustra obniente, nonenteque, non fore, ut hanc Deus ignominiam inultus diu sustineat. Solimannus igitur re cognita Mahometem Bassam cum exercitu in Transilvaniā destinat, licet Ferdinandus vicenū millium scutatorum tributum ex pacto offerret; quod novo à Mauritio bello Cæsari illato in Germania distineretur. Unde illa sine præsidio facile occupata, & Isabellæ ac Joanni Sigismundo, ut clientibus, restituta est, hac cautione additâ; providerent, ne in hanc ditionem penetraret heres, quæ subditorum erga Dominos fidem subverteret. Sed ignorabant jam tum anguem in herba latitare; siquidem Petrus Petrovitus, cuius operâ potissimum, in hac per Turcam restitutione, usus fuerat, quique Sigismundi protectorem agebat, libertatis Lutheranæ jam amorem conceperat. Unde Georgium Blandratam, Medici ex Italia specie in aulam receptum, Arianismi tabe corruptum, facilis ad aures animumque admisit. Per quos, aperto sensim ostio, post Solimanni morte, omnis se hæresum contagio in hanc regionem effudit. Tantum in Medicis periculum

V. de Pa-  
la v. l. 13.  
c. 2.

Hoc oc-  
cio pro-  
ditor è,  
Tu ca-  
præva-  
let.

Qui hæ-  
re sin vi-  
tandam  
faasit,  
que ra-  
men sen-  
sim præ-  
valuat.

culum est, quando à corporibus ad animorum curam transeunt, quibus venenum sèpè pro remedio exhibetur. Sigismundus primò infectus, à quo capite facile in membra cetera corruptio derivata est.

Illæ, quas jam diximus bellorum nubes ingentem toti Europæ tempestatem minabantur, quando ipse licet contra Gallum pro defensione Parmæ armatus Pontifex, Tridentini tamen cum Cæsare Concilii reparationem urgebat; ideoq; illud, Gallorum Episcopis in solo apparatu profectionis ad Regis nutum hæren-tibus, per reliquum tamen nationum Episcopos ad Cal. Maii anni MDL I in-choatum prima, ut, vocant, sessione est, quæ erat illius Concilii XI, decretumque de resumendo Concilio editum; utque majori Patrum numero, & Protestantium accessione continuari posset, ad Cal. Septembbris XII sessione prorogatuin est. Quando duobus Germaniæ Electoribus sacris, Moguntino & Trevirensi, præ-sentibus in gratiam Protestantium, aliorumque Præsulium etiamnum absentium, alio prorogationis decreto in XI Octobris diem est delatum, atque interea pri-vatis Theologorum disceptationibus illa, quæ de Eucharistia Sacramento con-troversa erant, magno studio fuere discussa, in domo Cardinalis Legati, qui erat Marcellus Crescentius Romanus Presbyter, doctrinâ prudentiâque spectatus, cum sociis duobus, Sebastiano Pighino Archiepiscopo Sipontino juris peritiâ il-lustri, & Aloysio Lipomanno Episcopo Veronensi probitate ac scientiâ clarissi-mo. Interea Cæsar Protestantium urgebat Principes, eorumque gratiâ suspendi Concilium nuntiat, jamque etiam Wirtenbergenses, Christophoro Principe im-pellente, Confessionis novæ scriptum, conforme Lipsiensi concinnarant, quo of-ferendo defendendoque in Synodo niterentur, literasque à Cæsare libertatis se-curitatisque omnis acceperant: cum Mauritius, in omnem tergiversandi occa-sionem intentus, dum res suas adversus Cæsarem Conciliumque, per Galli so-cietatem firmasset, qui hostilitate jam Parmensi in bello collidebantur, signifi-cat Imperatori Augusto mense; intelligere se, minus securitati suorum consul-tum fore, nisi præter Cæsarem, ipsi etiam Tridentini Patres, fidem debitam im-munitatis illis præsent, siquidem in Constantiensi Synodo Joannes Hussus cum suis fidem Sigismundi Cæsaris fecutus, flammis absymptus sit, decreto per Syno-dum edito, quod siqui hæresi infecti deprehenderentur, in eos, licet Cæsar idoneè cauisset, Ecclesiam posse animadvertere. Paria igitur sibi suisque in paricau-sa metuenda esse.

Adfuit etiam Tridenti improviso, ex parte Regis Galliarum Jacobus Amio-rus Abbas Bellosanus, qui Henrici literas Cal. Sept. in consessu Patrum ad Triden-tinum Conventum inscriptas exhibuit, quæ quod Rex non Concilium, sed conven-tum appellaret, ægrè tandem admisse, auditæque. In quibus cum Henricus con-testaretur, Pontificem cum Cæsare privatis commodis intentum hoc Concilium motiri, se-que in Parmensem suscepta defensione ab iisdem impediri, adeoque novis bellis Europam inrovi, per qua Galliarum Episcopi adesse tuto nequeane, Concilium hoc œcumenicum ne-quaquam fore, neque Gallicanam Ecclesiam obstrictum iri. Quin imò testari se, consilia re-mediaque Majorum in resimili adhibitu, sibi etiamnum prompta esse. Hæc aliaque reci-tationes.

LXVIII.  
Concil.ū  
Triden-tinum à  
Julio II.  
Pap. in-  
choatum  
est, ut  
Protesti-  
tes ad u-  
nitatem  
Ecclesiæ  
redace-rentur.

Prote-  
stantes à  
Cæsare  
impulsi  
varii  
opposi-  
tionibus  
illud de-  
credat,

LXIX.  
Rex Gal-  
liarum  
etiam  
turbare  
nirritus.

1551.

tanti Amioto dies responsionis habenda dictus est XI Octobris proximae sessio-  
nis, quem cum minimè exspectasset, publicis illa tamen literis, & lecta in Con-  
cilio die præfixo, ac vulgata typo fuit; ut & Legati contestationem Rex vulga-  
verat. Neque enim, ajebant, hoc Concilium legitimè quondam institutum resumptumque,  
ut ex actis abundè pateat, in privatum cuiusquam emolummentum, sed totius Ecclesiæ, ac re-  
ligionis bonum vergere. Parmensis belli rationes, Pontifici notas: se pacis cupidos, minimè  
refutat. tangere, nec impedire Galliarum Episcopos, quin Synodo adesse ex officio queant. Cui si de-  
fuerint, nihil hinc autoritatis decessurum Concilio. Tunicam Christi inconsitilem, quorun-  
dam secessione non discindi. Quod verò Rex exempla Majorum in remedius adhibendis sete-  
stetur secuturumq; id sane licere, modò non sequatur perturbatorum Ecclesiæ cum aeterno sui  
nominis dedecore, sed parentis optimi, gravissimos prestantissimosque Gallia viros ad hoc  
Concilium submittentes. Hoc tamen proinde se Episcopos, ut officiū suū memores, summi Pastorū  
vocem ducantque audiant. Verum hæc exhortatio frustanea apud eos erat, qui Re-  
gis sui potentia, adeoque & voluntate circumscripti tenebantur.

LXX.

Pri-  
o te-  
stantibus  
securita-  
tis publi-  
ce syn-  
grapham  
offerit.

hæc illis immunitatis syngrapha, quam ipsi metu verbis recitabo, submissa est. Sa-  
crosancta generalis Tridentina Synodus in Spiritu S. legitimè congregata, præsidentibus in  
ea eisdem S. Sedis Apostolicæ Legato & Nuntiis, omnibus & singulis, sive Ecclesiæ sticis, sive  
seculariis personis universæ Germaniae, cujuscunque gradus, status, conditionis, qualitatis  
sunt, quæ ad Oecumenicum hoc & generale Concilium accedere voluerint, ut de iis rebus,

quæ in ipsi Synodo tractari debent, omni libertate conferre, proponere, & tractare, ac ad  
ipsum Oecumenicum Concilium libere & tutè venire, & in eo manere & commorari, ac  
articulos, quos illis videbitur, tam scripto, quam verbis offerre, proponere, & cum Patribus,  
sive iis, qui ab ipsa S. Synodo delecti fuerint, conferre, & absque ullis conviciis & contume-  
liis disputatione, nec non quando illis placuerit, recedere possint, & valeant, publicam fidem, &  
plenam securitatem, quam salvum conductum appellant, cum omnibus & singulis clausulis,  
& decretis necessariis, & opportuniis, etiamsi specialiter & non per verba generalia expri-  
mi deberent, quæ pro expressis haberet voluit, quantum ad ipsam S. Synodum spectat, conce-  
dit. Placuit præterea S. Synodo, ut pro majori libertate ac securitate eorum, certostam pro  
commissis, quam pro committendis per eos delictis, Iudices eis deputari cupiant, illos sibi be-  
nevolos nominent, etiam si delicta ipsa quantumcunque enormia ac heresim sapientia fue-  
rint. Hæc literæ in ipsa sessione Concilii XIII, cum prorogatione controversia de  
utraque specie Eucharistica, ut huic interesse Protestantes possent, & decretæ, &  
expeditæ sunt, majori quam ipsi postulassent, libertatis oblatæ, perque adjuncta  
quævis expositæ gratia, ut tergiversandi subterfugia omnia interciperent. At  
tamen nondum satisfieri tam ampla cautione effigium quaquaversum spectan-  
tibus potuit, quod in eo tot eruditissimorum gravissimorumque hominum con-  
fessu, eaque discutiendi controversa quævis ratione, quæ absolutior singi non po-  
terat, necessariò sibi viderent esse succumbendum. Quare alii captiosam hanc el-  
se dolosamque securitatis formulam asserebant, in qua diceretur, quantum ad ip-  
sum S. Synodum spectat libertatem concedi, atque hoc pacto jus suum reservari  
Pontifici, qui in Protestantes queat animadvertere. Ut si ex Pontificis arbitrio

Sy-

Synodus totam repräsentans Ecclesiam (à quo corpore separari caput non poterat) hanc facultatem non obtulisset. Alii obtendebant frustra se invitari ad controversiam de utraque specie, qui quidquid haec tenus definitum à Concilio adversus Confessionem Augustanam esset, probare non possent; adeoque jam se à Cæsareo decreto, & Augustano Interim nuper admisso, subducebant proscriptio ni obnoxii. Unde hoc argumentum in Concilio potius, ubi omnis disputationi libertas concessa esset, quam extra hoc urgendum dicebant. Quare ut alia cunctatione Cæsari ac Synodalibus illudenter, parendique specie confusionem declinarent, statuerunt, primò quidem alios post alios ad Synodum suos alegare, sed profanos Legatos, Oratoresque primum, qui explorandi gratiâ accedant, expendantque omnia, ac suas deinde obmoveant difficultates, spemque Theologorum mittendorum, si illæ auferantur, faciant, ne non obsecuti Cæsari, suisque promissis, atque ipsi postulationi Concilii à se ad ipsum Pontificem præhabitæ, videantur. Quæ sane omnia negligi, sine extremæ desperationis specie, in iis, qui toties ad Concilium provocaverant, minimè poterant.

Joachimus igitur Elector Brandenburgicus primus hanc cunctantium glaciem rupit, Oratore Christophoro Strasio Jurisc. ad Concilium destinato, qui constituta sessioni XIII undecimo Septembbris die, unà cum tribus Electoribus Ecclesiasticis (nam & Coloniensis accesserat) interfuit, mandatumque attulit, quo obsequium Pontifici jam olim debitum his verbis præstít: *Sanctissimo in Christo Patri & Domino D. Iulio III favore divina Clementia summo Pontifici, sacrosancta Romana & universalis Ecclesia, Domino nostro gratissimo, &c.* Ipse etiam Orator ita dicendo conclusit. Neque verò dubitare debet S. Synodus Principem Electorem Illusterrimum omnia quæ S. Synodo placita sunt, sanctè, sincerè, ut Principem Christianum, & obedientem filium Ecclesiæ Catholicæ decet, observaturum, defensurumque. Et hæc omnia ex authentico ejus mandato S. Synodus percipere potest. Patres verò Tridentini, ut ait, Schleidanus, magna se cum voluptate sermonem ipsius omnem audisse respondēt, præsertim illud, quod Synodo se Princeps omnino submittat, ejusque decreta servaturum se dicat. Ut tamen hæc ab adulatione magis quam veritate profecta doceat, subjicit: à morte Ioannis Alberti, qui Magdeburgensem Archiepiscopatum habuit locupletem & amplum, rei summa deferebatur ad Electoris Brandenburgici filium Fridericum, quem Collegium postulaverat. Res autem erat impedita, neque Roma poterat consicī, & quod Saxonica religionis antè fuisset Elector magno erat impedimento. Suspicionis igitur tollenda causa, legatus missus fuit, qui prensando Proceres ad summam diligentiam nihil reliqui faciebat.

Porro cunctius timidiusque Wittenbergici Ducis Christophori Oratores duo Pleningerus, & Heclinus accessere, qui, ne quam viderentur Romano Pontifici deferre venerationem, Legatos Cæsaris convenere, qui miserat Franciscum Toletanum, Hugonem Comitem Montfortum, & Guilielmum Pictavium ac priusquam suæ potestatis exhiberent literas, in privatam Theologorum disceptationem cum Brandenburgicis, ut omnia primum consulta arbitrarentur, sese inferebant, sessionis videlicet XXIV præludiis. In quâ, præteritis quæ de Eucharistiæ Sacramento restabant, in gratiam Protestantium, questionibus, de Pœnitenti-

LXXI.  
Ioachi-  
mi Ele-  
ctoris  
Brandeb.  
Legati  
veniunt,  
& hono-  
rem Sy-  
nodo ha-  
bent.

*Palau in  
bis. Trid.  
l. 12. ca 9.*

*Acta E-  
liau &  
Schleid,  
l. 13. in  
princip.*

*Sed nota  
magis,  
quam  
vera sub-  
iectione.*

*Witten-  
bergici  
Legati  
folis Cæ-  
saris Le-  
gatis he-  
norē de-  
serunt,  
explo-  
rante  
tractandi  
modum.*

1551.  
Lib. 22. circa fin. nintentia atque extrema Unctione disceptandum ad 25 Novembris esse statuerant. Nec abs re fuerit accuratissimam de singulis controversiis disputandi rationem, quam Schleidanus ipse presens observator, reprehendere non potuit, breviter exponere: ut pateat, quantum Acatholicon, qui ad quantumcunque mutilam, dubiamque in sensu Verbi divini sententiam, repente exclamant, <sup>eupixæ</sup> inveni, diligentia studiumque supereret.

LXXII. Accuratissima expensæ & de di & dictione, dico-  
noveria & Synto-  
do me-  
thodus expendi-  
tur.

Cautum erat, ne quid ad publicam Concilii disquisitionem ferendasque sententias produceretur, quin privatis ante Theologorum studiis, ac diligentissimâ investigatione, tam veteris, quam novæ doctrinæ excusum disceptatumque fuisset. Ad quam, principiò Concilii Theologi in tres classas divisi, quarum singulæ indies Legati Pontificii ædes statis horis adibant, ac de proposita, in quam convenierant, quæstione per ordinem, nullo interpellante, differebant, scribis dicta sententiasque singulorum calamo excipientibus. Differendi ea lex & ratio erat, ut primum ex S. Scriptura pronuntiarent sententiam, tum deinde firmarent ex tradita receptaque per omnem retrò Ecclesiam Apostolorum, extra verbum Dei scriptum doctrina, ac tertio ex probatis ab Ecclesia Conciliis, denique ex sanctorum Patrum autoritate ac consensu, idque quantâ posset brevitate atque energiâ, præcisâ superfluis & contentione vitata, fieret: ne propriâ interpretatione ac judicio, quod hæreticorum est, sed tali tantaque universalis Ecclesiæ confessione varius inter varios ejusdem S. Scripturæ sensus definiretur. Inter Theologos autem primò Pontificii, deinde Cæsarei, postea Electorum auditæ sunt, & singuli promotionis ad gradum ordine, clerici tamen ante religiosos. Neque themata Romana solùm, verùm & Lutheranæ Zwinglianæque doctrinæ, hac via, aut stabilita, aut explosa fuere. Delecti subinde ex omni natione integerrimi doctissimique, qui collatis omnium sententiis, cerra ex his conficerent rerum credendarum capita, hisque adversantes errores damnarent. Quæ postremò in publicum Concilii traducta confessum, tertioque, ac supremo examine ponderata, ubi suffragiis Episcoporum probata fuissent, vim decretorum Canonumque obtinebant, sacris indies precibus atque invocatione divini Spiritus Deo commendata, ut si spiritus veritatis, quem Ecclesiæ suæ Christus promisit, alicubi in eadem reperiatur, ab hac illius investigandæ veritatis contentione abesse non queat.

LXXIII. Inserunt Legati  
di quis-  
tione de  
Sacra-  
mento  
Poenit-  
tiæ, &  
suos er-  
rores in  
recedim  
varios  
audunt.  
1551  
23.

Huic igitur tam sedulæ, tum in Crescentii Pontificii Legati ædibus, & reliquorum Episcoporum præsentia, instituta disquisitioni aderant Brandenburgici, Wirtenbergicique Principis Oratores, deprehensumque, non sine eorum confusione est, in uno de Pœnitentiæ Sacramento illos articulo gravissimos XV errores admisisse, qui signati confutatique sunt, atque in Concilium deinde producti. Et ut exemplo utamur, qui ex clarâ, definiti que sensus Scripturâ, crux sua se dogmata vendabant; hi in clarissima apertissimaque Christi sententia, quâ Apostolis in orbem universum missis absolvendi à peccatis potestatem largitus est (quæ hoc mysterio continetur) non unius corrupte rei inventi sunt. Dixerat apud Joannem Christus: Accipite Spiritum sanctum, quorum remiseritis pec-

628

etata, remittuntur eis, & quorum retinuerit, retenta sunt. Et apud Marthæum: Quæcunque ligaveritis super terram, erunt & ligata in cælis, & quæcunque solveritis, soluta. Unde vox absolvō Ecclesiæ solenniter manuit. Hæc constat Discipulis in cœnaculo clausis & alibi, non vulgo dicta esse, nec obscuris verbis remittendi, retinendive peccata eisdem potestas facta est, quorum utrumque Protestantes negabant: cum & Christianis omnibus hanc facultatem esse oblatam, eandemque non in remissione, quæ solius Dei sit, sed in annuntiatione remissionis, per Christum factæ, consistere affirmabant. Quin, quod ridiculum prorsus erat, asserebant: remittere hoc modò, ac retinere etiam peccata Christianos posse, quæ cujusmodi essent, non intellexissent, eò quod poenitentibus, ut peccata singula, magisque erubescenda confiterentur, necessarium esse negarent; cum à Catholicis exigetur, ut saltem cognita, qualia solent esse graviora, enuntiarent; quo intelligi posset, retinendumne, an remittendum quod adferrent. De ignorantibus, nullam dicebant esse confitendi obligationem. At nolebant Protestantes suo conscientias poenitentium privari solatio, quo per obligationem, nota quæque ex gravioribus delictis confitendi, destitui arbitrabantur. Unde, & in hoc loco, & alibi Scriptura S. cogebatur hanc sententiam ferre, quam ipsi pravis affectionibus, principisque doctrinæ corruptis (quale hic erat, sola fide in Christi meritis peccata donari) seducti desiderabant. Comparuere tunc inter Theologos Jacobus Lainius & Alphonsus Salmeron ex recenter instituta Societate Jesu, qui excellenti doctrinâ, & disceptandi acrimoniam, tum ut novi ordinis homines, multorum, atque in primis Protestantium, oculis notati sunt. Quorum ad Melanchthonem delata fama, & postmodum intellecta propagatio, in extremis jam morientem exclamare fecit: Hcu! Iesuitæ denique in totum orbem, magnâ clade nostrâ, penetrabunt! At celeberrimi passim eruditio, ex quovis ordine viri tunc illud Ecclesiæ theatrum occuparunt; ut Protestantes, in quantacunque etiam differendi palam, oppugnandi, propugnandi, definiendique libertate, desperatio manifesta cum honore sua defendendi invaserit, talique in loco, repente velut allisa ad scopulum confidentia, aut ad torpedinis contactum stupefacta hæserit: ut ex aliis deinde aliisque, frivole ad Concilium declinandum, quæsitis obtrectationibus compertum est, quibus tum demum, cum per bellum disjici cernerent, novo fallendi astu cessere, tam maligni, cum Synodus admitterent, quam cum detrectarent; ut hinc ex actis à Palavicino, inde a Schleidano praesente recitatis constabit, licet hic parvum sincerè suorum Protestantium tegat dolum perversitatēmque, quæ tamen in eorum nunquam ad veritatem, hac viâ irradientem, pertingentium, calamitatem versa est. Quam et si hodie dum infelices tenebrarum in colâ nequeant intueri; suam tamen desperatæ, in tam illustri Synodo, defensioni causam æquam semper queruntur, nunquam reperturi videntur.

Expendamus, quemadmodum Protei illi Oratores omnem vultum formamque obtrectantium induerint. Wirtenbergici, aliarumque urbium Legati, Mauritanos Legatos operiebantur, quos rebus jam ad rebellandum per fedus occultum cum Galliarum satis firmatis, tandem Mauritius ad fidem obsequiumq; missi, dū

1551.

bellum à simulatè probandum Cæsari, abire passus est; sed cunctationem omnem injicere Mauritio voluit, ne Theologos cogeretur ante in hac acie ingeniorum & fidei probandæ paratur, ostentare, quām armorum ipse haud procul, ad captivitatem, aut terrorem certè variis pos- ostegentium, explicasset. Et res ex voto cecidit, cùm Oratores Tridentum admis- tūlatis Patres in variā istic legum, quibus Theologi Protestantium admittendi essent, ventilatione, tamdiu hinc progressu sustinuerint Patres, donec paratis jam in Germania progel- armis, Cæsarem pñē Oenoponti, ubi Concilii promovendi causa Tridento su ejusde imped- propior hærebat, ignarum proditionis, occupasset.

Jam fama Tridenti percrebuerat, cogitatæ à Mauritio rebellionis, ut iccirco Electores Cæsarem literis convenienter, discedendi providendique rebus suis gratiam orantes. Verum Cæsar tantum fidei Mauritio tribuit, quem propediem sibi ad futurum credebat, ut vana hæc commenta negligere eos jussit, atque infistere ceptis. Mauritius etiam, ut consilium tegeret, Oratores sine morâ profici- sci Tridentum jussit, qui VII Januarii anni 52 Tridentum ingressi, existimatio- nem perfidiæ sparsam dissiparunt. Erant hi Wolffius Colerus, & Leonardus Ba- dehornus Jurise, qui ad Cæsaris Oratores X Jan. admissi, initio commemorant,

**Postula.** Principem suum hactenus Theologos suos tutò submittere non potuisse; quod minus idoneè his ta Mauri- per securitatis literas cautum fuisse. Has igitur ex formula Basileensis Synodi, prout Bohe- tū & alta mis data sit, postulare. Tum deinde cupere, ut designatus confessui proximo, qui erat 25 Ia- securita- nuary prorogetur. Ad hæc ut omnium esse queat nationum Concilium (quod Galliæ ob- tis que- luctantis causa inferebant) Præterea, ne Pontifex supremi in illo Præsulis autoritatem si- ficia for- bi vendicet, sed Concilio submittatur, Episcopisque juris iurandi obligationem remittat, ac deponi- denique libere sint omnium in Synodo voices, & minime præpedita judicia, ne suis quoque sione Pontifi- jus suffragij in ferenda sententia negetur, queque decreta hactenus à Tridentinis Patribus sunt, cum adversari S. Literis vfa sint, justo rursus examini subjiciantur. Et hæc sui Ele- cts postulata, se disertius publico in cœtu exposituros profitentur. Legati Cæ- sariis quamvis viderent, hæc non ad adstruendum sed destruendum Concilium ex cogitata esse; cumque Augustano decreto nuper admisso pugnare; tamen, quia ipsi à Cæsare, & Pontifici Legati à Julio commoniti fuerant, ut quidquid salvâ fide possent hominum infirmitati ad salutem indulgerent; quò ad solius Concilii inducerent experimentum, cuius vim doctrinamque cum dignitate sustine- re posse credibile prudentibus non videbatur; ut nec ipsi metu quidem visum fuit, cum omni machinatione subterfugerent, reproductis impedimentis, quæ, negle- citim data proximè & postulata veniendi fide præterierant. Oratores igitur sese ad Patres hæc memorant relaturos, quod & diligenter præstitum, ac 22 Jan. re- sponsum; novam cautionis publicæ formulam abs se impetratam, Patresque omnem fidem benevolentiamque Theologi venturis addicere, eorumq; gratiâ suspensum iri Concilium. De- dent, & formulariā cetero, nationum omnium præsentiam, neque à se prestari posse, nec sanè aliarum œcumeni- novam carum Synodorum exemplo requiri, reliqua eorum postulata e jussu modi esse, qua uno momen- eff runt. to propter gravitatem, decidinequeant; sed in ipsa sint Synodo discutienda, à qua satifa- ctum aquis omnibus iri sperent. Proinde acquiescant præsentibus non absque labore per se impetratis. Ita accepta securitatis formula discesserunt, quam ubi domi expendi- sent

**Paucis** Cæsarea- ni 1552  
ni tespō- dent, &  
formula novam eff runt.

benivolentiamque Theologi venturis addicere, eorumq; gratiâ suspensum iri Concilium. De- cetero, nationum omnium præsentiam, neque à se prestari posse, nec sanè aliarum œcumeni- carum Synodorum exemplo requiri, reliqua eorum postulata e jussu modi esse, qua uno momen- to propter gravitatem, decidinequeant; sed in ipsa sint Synodo discutienda, à qua satifa- ctum aquis omnibus iri sperent. Proinde acquiescant præsentibus non absque labore per se impetratis. Ita accepta securitatis formula discesserunt, quam ubi domi expendi- sent

sent, unà cum Wittenbergicis aliarumque civitatum Legatis, (in quibus & Schleidanus Argentinensium nomine erat) qui in his postulatis consilia, ut iussi sociabant, animadversum eit, in quibusdam à cautione olim Bohemis præstata dissentire: ut quod decidendi in Concilio facultas Theologis ipsorum concedenda sit: quod lex divina, praxisque tum Christi, tum Apostolica, tum Ecclesie primitivæ (verba Batilensis Synodi sunt) unà cum Conciliis, Doctoribusque fundantibus se veriusciter in eadem pro verissimo & indiferente judge, admittentur: quod ipsis domi, sacra sua peragere liceat & ne quid in eorum doctrinae contemptum aut vituperium fiat. Pro quibus Tridentina Synodus, omnem illis quâ verbo, quâ scripto facultatem in Synodo declarandi, adstruendi, & persuadendi concessit, statuitque, quod causa controversia secundum S. Scripturam, & Apostolorum traditiones, probata Concilia, Catholice Ecclesie consensum, & Sanctorum Patrum autoritates in predicto Concilio Tridentino tractandas sint. Quæ verba nonnihil immutavit, non quod priora sano sensu refugeret; sed ne prepostera interpretationi hæreticis semper usitatæ, quâ non volunt ex SS. Patribus S. Scripturæ mentem, sed ex S. Scriptura, juxta proprium (quod illi Spiritus S. vocant) judicium exposita, Sanctorum Patrum Conciliorumque sententiam exponi & siquidem convenire non videantur, tanquam errori obnoxia rejici; cùm solus Deus sit, qui suo verbo fallere, aut falli nequeat. Quod admitti sanè, ut ratione plausibili nicitur, potuisse, si unius clarae certæque ac definitæ sententiæ esset Scriptura: ut Protestantates, in suis articulis Romanæ Ecclesiæ appositis, non ridicule minùs, quam protervè afferunt; cùm tam diversa SS. Patrum (quos orthodoxos agnoscunt) interpretationes; imò, in plerisque, tot Protestantium Reformatorum & Anabaptistarum pugnantes sensus sententiæque, de eadem S. Scriptura, in manibus oculisque Doctorum hominum versentur. Ut non probrofa tantum, verum & insana ejusmodi postulata visa sint: ac propterea Oratores Cæsarei illâ repugnandi impudentiâ offensi, responderint: cogitarent, judicem a- litum præter mutam Scripturam dandum, ubi illa diversis interpretationibus obnoxia, à se definite nihil loqui ac statuere posset. De securitate omni abunde illis in datis literis provi- sum esse, liberumque sacri sui ministerij privatim usum, nulliq; contumelie obnoxium, indulgeri. Cetera, que Synodum, Pontificem, fidemque Romanam concernant, ad Theologos & Concilium rejicienda. Turpe enim indignumq; videri, corrigi, damnariq; & à seipso qui- dem Romanos, priusquam ab adversariis erroris convicti sint. Porro licere de iisdem proxi- mè difficultatibus coram Patribus differere. Cautionis tamen exemplar, ceu corrigendum, Toletanus Oratorum primus recepit.

Postremo 24 Januarii, pridie ante indictam sessionem publicam in domo Legati Pontificii congregati Patres, primò quidem in gratiam Brandenburgici Electoris statuerunt Fridericum ejus filium Magdeburgensem Archiepiscopatum admitti posse. Verum cù lege, ut per Administratorem præcesset, dum legitimam assequeretur ætatem; tum ut Synodo Tridentinæ usque ad exitum interesset, e- jusque decretis acceptando fidem addiceret, quam ille Archiepiscopatu magis, quam Deo deferre videbatur; usque adeò apud multos divina humanis subserviunt, & terrena, sèpè religiosus merces collegi præhabetur. Subinde Wittenbergenses, ut

tem-

Reliqui  
a Mau-  
ritianis  
conspi-  
rant, &  
alii cau-  
tionem  
secunda-  
ris obtē-  
tam rur-  
sum im-  
probant.  
Vide in  
Concl.

Trid. post  
eff. vs.  
Scriptu-  
ra S. ridi-  
culæ lu-  
dicem  
Conclii  
postulat.

LXXV.  
Braade-  
burgici  
Electoris  
filius ceto-  
ta lege  
ad Mag.  
debu gi-  
cum Ar-  
chiepis-  
copatum  
admitti-  
tur.

tempore priores, in cœtum manè evocati, eadem ferè, quæ nuper, de Concilii insti-  
tuendi ratione, Mauritiani apud Cæsareos urgebant, repetière, in primisque,  
ne penes solum Episcopos judicandi potestas resideret, eidemque Actores aut Rei simul essent,  
ac iudices: tūm, ne jam à Concilio decreta vim legis, nisi rectius excusa, obtinerent. Atque  
in hanc rem suam ipsi Confessionem ex mandato Principis formatamque tradi-  
tamque obtulere, tanquam correcturi Synodum Patrum aberrantem. Accepta  
illa, sed, quo Legati aliorumque Catholicorum sensu, facile estimatu est, Sannis  
utique contumeliisque excepturi fuissent Lutherani Romanum Pontificem, li-  
cet Petri Cathedræ impositum, si à se suisque privatim Cardinalibus, aut Docto-  
ribus, cusam fidei Confessionem Protestantibus in Schmalkaldico aliquo cœtu  
obtulissent, tanquam veram unicamque credendi regulam toti orbi præscriben-  
dam. Et quæ novitia illorum est, à Luthero primum nata, cum illa seculis Chri-  
stianorum omnibus locisque celebrata Ecclesia? Visi tamen diffidere Wirten-  
bergici præfixæ à se regulæ, quod solum Scripturæ judicio ferenda esset sententia; cùm  
in sua Confessione præter hanc, nusquam aliquid definite absolutèque loquen-  
tem, passim sanctos Patres, ceu fluctuantem Scripturæ sensum circumscripturos  
induxerint; suomet jam gladio jugulandi. Ut quid enim hi, si claram absolutam  
que Scriptura conficiat sententiam, loquantur? Morbum igitur suum, remedio adhi-  
bito, profitebantur. Modestè tamen prudenterque à Legato dissimulatum est, re-  
sponsumque suo Patres tempore, quid sentiant, demonstraturos. Et duabus quæ-  
stionibus hisce adversum illos res utique confici poterat. Prima, cùm hæ illorum  
de fide theses, à S. Scriptura ibidem exhibita, in verbis sententiisque multum dis-  
crepant; cur profiteantur se ex sola Scriptura S. proferre sententiam? & si alia  
præter illam clarior super sit, cur hanc non potius, quam sua verba de promp-  
serint? Hic profectò hasisset omnibus aqua, cùm inter tot Protestantium Confes-  
siones, nec unus quidem articulus ex sola Scriptura loquente produci, humanis  
fallibilibusque verbis impermixtus, hactenus potuerit: aut si quis extet, multis  
defectibus imperfæctæ Protestantium sententiæ à proposito deviet. Responsum  
igitur non poterat exspectari aliud, quam humano discursu hanc Confessionis  
mentem, ex Scriptura deduci; ideoque Patres in hunc sensum de promptos. Unde  
alia nascebatur quæstio: Fallibilemne igitur hunc Patrum, aut si uim etiam ex  
Scriptura discursum, an infallibilem censerent esse? Utrumvis affererent, con-  
stricti tenebantur. Si fallibilem dicerent, jam divinus non erat, neque Scripturæ  
S. conformis, ut ad fundandam Christi fidem sufficeret: si infallibilis, dabatur i-  
gitur infallibilis discursus hominum, eorum saltem, qui ex Scriptura suas con-  
clusiones formarent, quod cùm Arriani, Antitrinitarii, Calvinistæ, Anabaptistæ  
aliisque, præter Lutheranos facerent, & præ his omnibus Sancti Patres, atque an-  
tiqua Concilia omnibus his, in conclusionibus suis è Scriptura ductis, adversan-  
tiæ hi non minus, quam Lutherani infallibiles habendi erant; cùm tamen alii  
ex his aliorum conclusiones falsitatis arguant. Horum vero quis erret, fallatve,  
aut non fallat, cum Scriptura non definit, palam est, ab hac sententiâ ultimò in  
rebus fidei controvercis pronuntiari non posse; sed eundum ad Ecclesiam in Con-  
cilio

Qæ du-  
plici  
quæstio-  
ne in fin-  
gi tota  
poterat,  
& uno  
dilem-  
mate eli-  
di.

cilio legitimo congregatam, cui Deus Spiritum veritatis promisit. Quâ regulâ nulla inter mortales certior reperta est. et unica hæc clava plusquam Herculea est, quâ & Protestantium Theologi, & quævis hæresum monstra profligari poterant.

Mauritianus subinde post meridiem auditi, qui cum eadem, quæ supra apud LXXVI. Cæsareos, postulata urgerent; responsum habueré: Dandam Theologis eorundem in Respon- Synodo Tridentina eandem, quæ in Basileensi Bohemis concessa sit, facultatem, differendi suu a Sy- nempe propalam, ac disputandi, cum charitate ac modestia. Ita enim habere verba: neque fas esse, ut veterem probatumque in Ecclesia Conciliorum usum subvertant. Quod postulent decretâ jam factâ revocari, ut si ab Oecumenico Concilio, (cui plures nationes defuerint) non sint sancta, id adversari propriæ illorum in Augustano comitio sententia, quâ diserte postulassent Tridentina Synodi oecumenica continuationem: continuari autem non posse, quod nunquam fuit. Quæ de Romano Pontifice, juxta Constantiensem & Basileensem Syno- dum subjiciendo, urgerent; mirum jure Patribus videri, cùm nec Lutherani quidem Con- stantiense patientur, ut quo præcipui illorum articuli cum Husiticis profligati sint, nec à Romana illud Ecclesia sub Martino Pontifice, nisi in articulis fidei, probatum sit. Basileensis verò Synodus à duabus aliis nobilioribus Ferrariensi ac Florentina eliminata fuerit. Et, cùm ipso Iurisperiti sint, an nesciant, in omni Rep. ac Principatu, supremum denique caput, in rebus propriis, sibi legem judicemque esse debere, quoddalium, preter Deum, non habeat curi- gitur id negent Pontifici, quod suis non queant derogare Principibus quem denique supre- mum Judicem sint facturi; si Concilium se supra Pontificem futurum afferat, & Pontifex, (quem caput Ecclesia Rom. agnoscit) se infra constitendum neget: astimunt ipsi. Proceres se Principi suo: Princeps proceribus anteferat; quomodo judicium hoc finiendum sit si alius superior desuerit? Adhac si quæ jurata ab ipsis Pontificisint, frustra laxari; cùm ad ipsa illa prestanta, quæ fidei propugnanda integritatem spellant, jure divino teneantur. E quum ergo videri, ut præcis Conciliorum legitimorum usibus & acceptâ, quam prolixam offerant, securitatis formulâ acquiescant, currentque, ut propediem eorum Theologi adfint, quorum jam iterum gratia Concilij sessio proroganda sit: ut agnoscant, quantum Patres concordie gratiâ maximis suis à se incommodis impetrari patientur. Hæc aliaque Mauritianis da- ta responsa, & formula securitatis oblata est. Quam cùm Wirtenbergici, eis, qui- bui in Tridentino post sessionem XV extat, verbis accepissent, licet, non sine querimonia, neglectæ satisfactionis, ab urbe domum reverti, Principi suo obtu- lerunt.

Alios subinde Wirtenbergicus Legatos, cum Theologis, inter quos Brentius, Tridentum destinavit. Et Mauritius suis, qui Augustæ substituerant, inter quos Melanchthon, præcepit: ut se quâprimum, licet nondum acceptis securitatis literis, eodem conferrent, iussique omnes in difficultatibus conciliandi proposi- tis remittere. Jam enim is cum suis & Rege Galliarum, ad inferenda Cæsariar- ma expeditus stebat, quibus imminentis à Synodo continuanda discrimen facile sibi discussurus videbatur, interea spem Cæsarum, Oenoponti ad progressum Con- ciliis vigilantis, hac obsequi specie sustentatus. Quando tamen nova rurum instruti à Mauritio belli fama imperium per vagata Tridentinos terruit, cùm-

LXXVII

Theolo-  
gimis  
vix ex  
parte  
Triden-  
tum ap-  
pulerat,  
. om  
Mauri-  
tius ar-  
ma mo-  
vit.  
que

que solum Imperatorem, tam enormis perfidiae incredulum, non percelleret, Trevirensim Archiepiscopum, morbi simulatione Tridento, ad defensionem suæ dicens, 16 Jan. abstraxit, qui tamen loco suo Ambrosium Pelargum, acrem Dominicanæ familie Theologum, promovendæ Synodi gratiâ reliquit: cum deinde fama belli increbresceret, Moguntinus quoque & Colonensis Electores discessere XI Mart. Quando pridie advenerant Wirtenbergici Oratores, qui cum semel iterumque difficultatum, aliis nuper expositarum Patribus, resolutionem postulassent, iussique illis essent, quæ Mauritanis data erant, responsis acquiescere, Confessionem suam typis vulgaram, non sine Pontificiorum indigatione, per diversos spargunt, ne egiisse nihil viderentur, & hanc in actione publica per suos se tueri Theologos posse, ac velle pro sintur, viderique proximam illam ad conadventu, ciliandum viam; nisi forte malint Pontifici jam lata à Concilio decreta nova disquisitioni & fuga Synoda- subjeci. Cui sententia Argentinensis, ut Schleidanus de seipso memorat, aliarum- lium cō- que urbium Legati accessere. Additque, Toletanum Cæsaris Legatum, in cuius specta, ades XXII Martii convenerant, amicè respondisse; quod eo usque progrederentur, & Prote- tam aperte agerent, latari se plurimum, & gratias agere, relativumque quamprimum ad flantium Cesarem, qui id cupidè sit auditurus, de modo verò instituenda actionis relativum ad Pa- Theolo- gie of terant. Sed quod Crescentius Pontif. Legatus morbo, qui eidem lethalis fuit, corre- Synoda. Aprilis & oblicationis die à Mauritio occupatâ, hæsit res tota, & Concilium pro- ad suarū rogatum est, ac fugientibus omnibus, cum ad Alpium fauces occupandas miles thesiū proba- adventare diceretur, illo vestigio quo exposui stetit. Postquam sessione XVI suspen- tionem. spensio illius, Pighino Legato Pont. præsidente, decreta esset 28 Aprilis. Hispanis duodecim nequicquam protestatione editâ, reclamantibus. Quocirca hoc Concilium pñè decennio ab Aprili Anni MDLII usque ad MDLXII Januarium Mensem variis impedimentis retardatum substitit. Quando demum sub Pio IV Pontifice & Ferdinandō I Imper. Protestantibus ejus periculum detrac- tib; mense Decembri anni MDLIII sessione XXV absolutum est, jure inter nobilissimas Ecclesias Catholica Synodos reponendum.

## L XXVIII.

Mauritius<sup>9</sup> variis deluserat Cæsarem artibus, Magdeburgo Caroli quidem au- instruto spiciis victo, legibusque dedito, sed clam in suam fidem recepto, addictaque sibi exercitu tam illius, quam propriâ Cæsarismilitiâ, tum verò Hassis Sacramento obligatis, & Galli. Henrico verò Galliarum Rege per Albertum Brandenburgicum in societatem cis freius opibus, armorum, eâ lege admissis, ut octoginta in menses singulos penderet Germano contra militi alendo aureorum millia, tum proprio ipse etiam exercitu Lotharingiam Cæsarem invaderet. præmium suæ istic, in regione inermi & ad defensionem imparata, pergit, facile collecturus opera. Hæc tantâ, & suorum fide, & propriâ adornarat indu- variasq; urbes re- striâ, ac denique circumventi Imperatoris, per simulationem fidelitatis, dece- strato. Luthe- ratione. occupat. ptione; ut perfidiam in homine boni omnes, præter unum Carolum, vererentur. Cui persuaserat, ipsius, & publicæ tranquillitatis servandæ commodo, hunc cogi aliquæ militem, tum verò propediem se eidem Oenoponti adfuturum, rationes- que factorum redditum affirmabat, quod Imperator jam frequentibus nuntiis exe-

exegerat, spemque fecerat Landgravii in libertatem (quod Legatis nuper missis Principes Protestantum oraverant) ipso præsente restituendi. Jamque etiam, quò Caroli exspectationem sustentaret, Mauritus præmiserat, qui hospitium venturo præpararent, ipseq; viam lentè ingressus speciem secuturi præse ferebat, donec jam ad expeditionem militarem prompta starent omnia: tum subito iter relegens, cum Alberto Brandenburgico, duobus Landgravii filiis, Megelburgi & Pomeraniæ Ducibus, liberarumque urbium Legatis, ac Salernitano Principe, res cens Toletani Proregis injuriis provocato, octo & trigesita peditum, & quatuor equitum millia, Veris principio in Carolum duxit. Noriberga, Nordlinga, Donawerda, vicinaque circum oppida, denique & Augusta venienti patuit novumq; è Protestantibus Senatum accepit, Romanà passim religione per reductos novi Evangelii Ministros profligata. Nec veritus fuit, ut Protestantes causæ suæ conciliaret, potissimum belli causam, religionem scripto publico obtendere, quæ sub titulo quæsitæ etiam libertatis, quem Galli solum usurpabant, non obscurè eminebat. Ut, licet Henricus Rex severis in regno Galliarum suppliciis Lutheranos opprimeret, ne hæresi in Germania favisse videretur, suorum tamen armorum dedecus hoc velamento non satis obumbrârit. Sed ex vulgatis omnium literis causas audiamus. Mauritus ita loquitur: *Nihil, inquit, in humanis rebus antè concordiam habendum esse, quam gravissimū etiam armorum remedis non immeritò procuremus, se illā suis actionibus, tanquam metā prefixisse ultimā, in quā tandem, & jactata religio, & Germania, res due, sibi longè carissimæ, iuxta secum acquiescerent. Spes illas pacis jam dudum & sibi, & Germanis factas, dilatas semper: inconstanti quorundam ingenio, qui novis indies decretis facta atque infecta confundant, suamque fidem, ac spem alienam in luctuoso destituant. Pollicitationes tam facile dari, quam rescindi, prout novæ sejē spes motusq; objecerint. Hoc deniq; agi, ut coacta religio serviat, idque Germani credant, quod externi imperaverint. Neque verò horum arrogantiam atque ambitionem latere posse, quæ in ipsa Germania luce, tot argumentis prostet. Per religionis dissidia, monarchicum in Germanos imperium; per monarchiam, fidei opprimenda jugulum peti. Cœcos atque etiam excordes meritò habendos, qui illas nuperas nec videant, neque etiam doleant machinationes, quibus expositam Augustæ religionem adversarij oppressum eant. Visos passim in Ecclesiis verbi divini præcones obmutuisse, aut proscriptione exules, aut metu exanimatos. Promissam Concilij sententiam gladio præoccupari, & vim jam partes agere veritatis. Proinde neminem criminis daturum, si mentis ac conscientia servitutem æquis armis amoliatur. Verā tamen id se Deo magis vindici relinquere, quam armorum suscipere judicio disceptandum. Aliam non deesse belli causam, ad quam ex fide Landgravio ante annos quinque præstata, teneatur. Se, Ioachimum Brandenburgicum, ac Wolfgangum Palatinum, fidem suam, aut arma pro libertate obtulisse. His teneri, postquam ille, ex pactionis formulâ, Cæsari satisficerit. Iam diu enim, & solutam Muletæ nomine, pecuniam, & tradita belli tormenta, & arces solo & quatas, & literas confederationis exhibitas, & Henricum Brunsuicensem unâ cum filio captivitate liberatum, nihil deesse præter aquitatem. Hanc neque uxoris, iam doloris vehementi oppressæ, lacrymas, neque filiorum obtestationes, neque suas ceterorumque Princium intercessiones ab obstinato Imperatore obtinuisse hactenus, ut extrema iccirco reme-*

Belli suscepiti  
causæ à Mauricio expo-  
nuntur.

Religio-  
nis op-  
pressæ  
injuriam  
Deo se  
vindicā-  
dam re-  
linquere.  
at, Haf-  
fiæ tan-  
cū Prin-  
cipis, &  
Germæ  
niæ ab  
externis  
pressæ  
quætere  
liberata-  
tem.

diorum occupanda fuerint, ne alienæ calamitati, ac sue etiam existimatione defuisse inique videantur. Non jam obscurum esse, quo immeriti tam du Principis carcer spectet, qui alii aliisque litibus vafre intentatis, prater omnia gentium jura ex vinculis causam dicere cogatur: damnatus ante, quam accusatus. Hoc nimis agit ut suis denique, cum filiis, exutus possessionibus; aliena potentia atque ambitione fuit additamentum, quæ in Germanorum Principum oppressione monarchica fundamenta magnitudinis collocavit. Accedere his tertiam, eamque non minus gravem bellorum causam, violatam ab externo milite Germania tranquillitatem. Adversum pacata legesque hunc in Germania penetrasse viscera. & tanquam pestilentem morbum, in omnia acerbè membra grassari: Nulli, neque ditioni, neque ordini parcitum, ubique & libidinis, & avaritia, & crudelitatis vulnera lugeri. Exierorum verò Regum Legatos his fortasse malis antidotum daturos, procul à conventibus atque Imperij sibi arceri, ut in tantæ malorum desperatione etiam remedia Germanis prohibantur. Eo consilio, quod debilitate & oppressione postremum Germanie, ille ab externis gentibus leges imponantur; quibus cum Imperio servitutem accipiāt, detestandā apud posteros temporum nostrorum ignavia, quā, præstantissimum Imperij nostri ornamentum, libertatem, nobis eripi, atque ad gentis unius voluntatem transferri segnes atque inulti spectaverimus. Quod ne fieret, se atque Guilielmum Lantgravij filium, tum communī, tum paternæ calamitatis sensu provocatos, arma sumere, federe cum Henrico Gallorum Rege sociatos. Hortarique omnes patriæ libertatis amantes, ut ad totius Germaniae causam arma conjungant. Hosti sibi loco futuros, quicunque illa aut adversarii junxerint, aut suis conatibus obfiterint. \* Subscriptis his literis Albertus Megelburgicus Dux, religionis præcipue defendendæ studio inductus, quam privatis se vocibus potissimum tueri Mauritius testabatur. Publicis tamen scriptis religionis nomen parcius usurpatum est; tum ut usurpato nuper Imperatori artificio eundem rursus peterent; tum ne Galliarum Regem ab hoc excluderent federe, cuius opibus ac potentia magnoperè nitebantur, tum denique, ne orthodoxos per Germaniam Principes religionis studio ad ejusdem defensionem provocarent, post subjugatum Imperatorem, eos armatæ persuasione in suas facile partes, aut victoriae præmium traducturi. Albertus quoque Brandenburgi Marchio ejusdem propemodum sententiæ literas vulgavit. Adjecit etiam: \* Ad externos & ignobiles summam consiliorum per imperium male devolvi: sigillo imperatorio peregrinos homines ad Germania detrimen-  
tum abuti. Non jam esse, qui lingua patriæ res suas cum fructu, aut compendio in aula tractare posse: alienas linguis, manusque necessarias, quibus neque fides sit in expediendis negotiis, neque maturatio. Hæc patientibus, querendi etiam facili atem eripi, nisi cum damno offendionem cupiant; & præter opes ac libertatem, gratiam quoque profundere. Protestantibus & arma, & armorum impensas incubuisse, bellum pro Repub. imperatum Germanorum Principum ære gerendum primò, deinde & luendum pecuniaris multis suis: quibus nocentes atque innoxii stringerentur; ut successis belli nervis ad repellendam servitutem vires Germania amitteret. Eam esse militaris per Germaniam vitæ licentiam, ut à publico latrocino vix bellum, nisi solo nomine, differat, cades, & rapinas, & regionum devastations jam præcipua militia officia videtur; ut non aliasit propinquior Germanie opprimenda via, quam ita defendere. In qua ad peregrinorum hominum mores & licentiam patriæ leges, ad cupidita-

Quare religio  
nis causa  
quæ pre-  
cipua er-  
rat, dissi-  
mulata  
fuerit? &  
quid Al-  
bertus  
Brande-  
burgicus  
præcen-  
derit?

rem opestrantur, quanquam illa ut subitus imber, magis profundantur, quam prossint, cùm m̄ ilè parta, male dilabuntur, & militia onera in alios, in alios ferè præmia distribuantur. Insolenti præterea editio veritum, ne quis Germania Princeps suam in moneta effigiem vulgaret. Senatores p̄ssim in urbibus Cæsar's arbitratu, dignitate motos. Tribunalia judicium atque æquitatis leges ad paucorum voluntatem adstringi, quibus & in viros Principes stabiliendos movendosve potestas maneat. Bellum se igitur, non proprius ductum emolumen-  
tu, ut nonnulli male interpretentur, sed patriæ oppresse servitute provocatum suscipere. In quo si fortasse nimia illa virorum Ecclesiasticorum potentia, sacris literis adversaria, nonnihil infringatur, sibi vitio dandū non esse: cùm ex hoc fonte pernicies illa Imperij gravissima ducatur; ut mirum non sit, si in suo maximè principio exundet. Sui tamen propositi non esse, ut illa conservandæ nobilitatis collegia subvertantur. Verum illatis purgentur vitiis, ad majus cùm proprium, tum Christianæ Reip. incrementum.\* Hæc Albertus.

Quibus suam etiam profusiore scripto Rex Gallus sententiam bellique suscep-  
ti rationem addidit.\* Mearum, ait ille, & partium & curarum esse duxi, ut postquam  
à morte parentis Remp. domi constitutam habereim, beneficia in proximos atque amicos ef-  
funderem, aliisque benè merendo, altis respondendo, promptā in omnes benevolentia, sati-  
facerem. Quocirca per me Scotia pristine dignitati restituta, recuperata Bolonia, cives ur-  
bibus, agris coloni redditi. Pax ad Anglos, federa ad Helvetios propagata. Solus est Carolus,  
cui neque pax ullatam grata, nec tam sancta federa, quæ occultū machinationibus non la-  
befacit. Hæc regni, privatisque intentus curis jam dudum dissimulavi verius, quā ignorā-  
vi, dum intelligo patientiam mihi & fraudi esse, & criminis verti, timiditatem hanc atque  
ignaviam appellari, ut si ad justam ultionem vel animi, vel vires deficerent. Excitant præ-  
terea graves & quissimæque Germanorum Principum atque Ordinum querimonie. Hi sub  
religionis questæ pallio, sub rebellionis plectende specie ad fœdam sese abduci servitutem de-  
plorant. Unam esse Austriaeorum familiam, quæ insolenti potentia neminem timere, timeri  
ab omnibus cupiat. Durum me, atque inclementem existimarem, nisi horum calamitate  
tangerer. Origo nobis cum illis eadem est, consuetudo vetus, inviolata hæc tenus amicitia.  
Germani sunt, id est fratres nostri. Meā verò etiam interesse sensi, stare in pristine libertate,  
Germaniam, ne totius Europe propugnaculum, vires in servitute amitteret, Galliamque  
opportuno nudaret presidio. Nec ignoro Cæsar's in hoc artes versari, ut Germanorum ani-  
mos à Gallis separaret, armis inimicitiusque hos illosque committat; quod denique facilius u-  
troisque sub jugum cogat. Quod una domus toti Europe jam dudum machinata est, nisi dees-  
sent qui recusarent. Nam hæc agitur quoque, ut in unius ararium, cuius immensa est vasti-  
tas fundus nullus. Germanie universæ opes coeant: suisque deinde viribus expugnetur: testi-  
moniis ad hanc rem opus non esse, eis ultraque Rhenum luculenta hujus cupiditatis extant  
vestigia. Leodium, Cameracum, Geldriam, Iuliamque, Burgundiones & Treviros, Wirten-  
bergicos & Hassos, prater alios complures, testes habeo: mille hæc querelis & lacrymis con-  
signata sunt. Quæ verò injuria nostri ista nominis est, ab Imperij conventibus Legatos rejice-  
re, quos & amicus Principum, & Cæsar's fœderatus destinaret? an perfidos nos, aut prodito-  
res facit? an nec gentium quidem jure consanguineis Régibus frui licet? Quâ verò ipsius au-  
toritate, aut merito nostro Germani à Gallica arcentur militiæ? an illi tot retrò seculis in-  
veteratam consuetudinem abolere licet, salvâ Germanorum libertate, ac communī nece-  
sitati

Rex Gal-  
liarum  
q̄as bel-  
li attule-  
rūt cau-  
sas.

situdine? An supplicio dignum facinus in Vogelbergio, aliusque nuper heroibus fuit, Gallico stipendio militasse quam verò immane ad eorum hominum cades, percussores conduci prelio, & flagitia mercede estimari? Nihil ego de corruptis in Germania Iudicium tribunalibus illo præsertim, quod vocant Camera, in quo nihil integrum syncerumque, ad paucorum arbitria jus sumnum injuriaque revocantur. Quæ labent, licent, & voluntas cuique aut cupidas, pro legum regula est. His equidem malis nisi occurrerem, Germanorum mibi & preces & vilem amorem ostenderem: nullâ vicinia, nullâ æquitatu curâ tangerer. Rationi igitur, amicitiae, justitiaeque flagitanti obsecutus arma sumpsi, tam aqua, quam haec omnes causæ faciunt; tam seria, quam Galliæ vires patientur, quibus me meamque fortunam impendere nequaquam formidabo; ut Germania intelligat, quantum Galliæ ad libertatem conservandam posse tribuere. Quod si Flamineo olim gloriosum fuerit, à servitute vindicare Graciam, libentius equidem de asserta in libertatem Germania gloriabor. Tantorum sane Principum incolumente gaudeo, quantus Philippus & Fridericus est nobilissima sua gentis capita. Hos indignâ captivitate tot annis constrictos teneri diutius non feram, aut vincula exuent, aut iisdem una induar, liberator, aut captivus accedam. Non alia bellorum causa est, quæ incepit servitus Germanorum, libertas absolvet. Quocirca falluntur, qui in ordinem Ecclesiasticum armari me existimant. Hic me non offensum modò, sed amicum etiam accipiet ac patronum, nisi forte hostem expectare malit meis favendo hostibus. Hoc agam ut post integrum libertatem sua etiam religioni constet integritas, quæ male per servitutem suadetur. Quæ cum hujusmodi sint, ut non ad Galliæ emolumentum, sed Germania salutem referantur: æquum erit accedere his meis conatus Imperij incolas, & amici voluntatem Regis consiliis auxiliisque conjunctis promovere. Quod siquì usque adeò ab omni pietate atque officio in patriam remoti fuerint, ut moram objicere tam promptis obsequiis, ad illorum commoda impensis, non vereantur, hos tanquam inimicos salutis propriae atque alienæ ferro flammisque vastabo, & vel invitis libertatis beneficium offeram. Cetera ex Legato meo Ioanne Fraxineo, Bajonensi Episcopo, intelligitis. Hæc, in pluribus, hujus regiæ dissertationis præcipua fuere argumenta. Præfixit in fronte usurpatum olim à Julii Cæsar's percussoribus symbolum, pileum decussatos inter pugiones, libertatis gladio vindicandæ imaginem. Regis cauillam militiamque alebant ex Germanis Duces Ringravius, Recrodus, Rifebergs & Schertelinus, gravissimo nuper editio à Cæsare proscripti, constituto percussori cujusque quatuor millium aureorum præmio, qui vivos intercipere non potuisset.

Dum ita calamistypisque in famam fortunasque Cæsar's grassantur, ferreis etiam stylis non segniter pugnatum est. Danubium sibi Mauritus, Albertus & Rex Galliæ Mosellam vi sibi ferroque vendicabant, magnis utrobique successibus; quod ante propemodum arma, quam armorum metus homines percelleret. Annæus Monmorantius Comes stabuli, & armorum Præfectus, quem Rex titulo subsidii Germanis præstando miserat, Tullum, Virdunum, ac Muffipontum imparatas à milite urbes facile tenuit. Metim deinde, & civium & artis robore munitionem, astu subiit. Nam cum solùm cum gemina cohorte aditum, & pro oblato ære alimenta sibi præberi postulasset, receptus idibus Aprilis porta miles, dimoveri non potuit, civibusque factione inter se, ut duduim fuerant, divisi, aliisque

LXXXIX.  
Multa à  
Mauritio  
ad Da  
nubium;  
à Gallo  
& Bran  
deburgi  
co ad  
Misam  
occupan  
tur.

que in Cæsarem, aliis in Gallum, cuius opibus fovebantur, propensis, ac Lenon-curtio denique Episcopo suasore hujus studiis dedito, urbe totâ admissus est. Quâ clavis traditâ, Lotharingia Henrico universa patuit, primùmque libertatis Germanicæ à Gallo promissæ, fructum tulit servitutem. Nam Rex cum alio secutus exercitu, Nanceium Metropolim, destitutam præsidio, & terrore prius, quām armis oppugnatam subiit, caputque gentis Carolum novennem, ex Francisco non ita pridem defuncto relictum, puerum Christiernæ Matri, Caroli Imperatoris nepti, frustra lamentanti obnientique à gremio avulsit, atque in Gallias ad Claudiæ filiæ suæ nuptias educandum transmisit, ne occupatæ Lotharingiæ titulus, à regiis adulatoribus ab avis nequicquam suscitatus, deficeret. Hinc ergo Rex sine certamine passim vîctor, Tullum, Virdunum aliasque urbium, ac demum Metas ingressus, exarmatos ubique cives, sacramento, quod Cæsar non dum abdixerant, in fidem Gallicam transfire jussit. Hac sorte latus Cisrhenanæ Germaniæ, quam à Carolo Magno usque Galli repertunt, occupanda adjectit animum, Julio etiam Cæsare autore frater, qui Galliam à Germania Rheni limitibus aquisque distinguendam censet. Mislo igitur Rheingravio locorum gnaro ad expugnandos Treviros, hos collectis viris viribusque ad hæc discrimina avertenda, quamvis infirmiore in urbe, promptiores reperit: unde plurimum sua interesse ratus, si, munitissimum Germaniæ propugnaculum, urbem Argentoratum occupasset, Monmorancium prævium tentare ingressum jubet. Cumque cives ad aliena pericula cautores, & quinque millium copiis intructos, & ad promissa minasque inflexibles competeriset, Rex frustra consecutus, deflexa Hagenoam & Weisleburgum viâ, haud magno impendio parum arte viribusque munitas urbes invasit.

Tam strenuo Mars Gallicus incedebat pede, cum Saxonius haud iret sequior. Nam Mauritius ad præcludendas subsidiario ex Italia Cæsaris militi Alpium fauces (quod superiori bello neglectum) progressus, haud levi Cæsarianorum clade Erebergum fortissimam ad Lechum flumen arcem obtinuit. Unde jam Cæsarem Protestantes se Oenoponti tenere inclusum rati, literis 28 Maii Augustæ vulgaris Fraxineo Galliarum Episcopo Regis que Legato præfente, decreta vulgariunt: quo fatentur; tuenda religionis libertatisq; Germanorum causa se potissimum arma sumpsisse, ideoq; velle jubereq; ut exiles ab Ecclesiis Ministri, injuriaq; cum Ludimagistris pulsi suum in locum amotis ceteris restituantur, juxtaq; Confessionem Augustanam ab utrisq; populo ac iuventuti tradatur, nec Pontificio idolo locus sit, idque Augustæ, aliisque locis, quibus Ministri exularunt, fieri per Magistratus imperiant. Quanquam Mauritius ita bellum administraret, ut pacis curas non excluderet, ad quam à Ferdinandō Rege jam Linci provocatus, se inclinante fortunâ, tanquam ad asylum cœptæ audaciæ recepturus erat, ne parem cum Saxone cognato exitum fortiretur. In occupando Cæsare suam verti felicitatem existimabat, quod illo securò, nihil sibi securum crederet. Quare subito Oenipontem ad hunc opprimendam ferebatur, tantâ celeritate ac consiliorum dissimulatione, ut sui famam adventus propemodum asequeretur. Cæsar in tam præsenti discrimi-

Schleid,  
in Com.  
lib. 24.

Cæsar  
vix Oe-  
noponte  
Mauritiū  
fugiens  
evadit,  
omniparatu in  
manibus  
ejus te-  
lito.

ne, quamvis adversa non minùs valetudine, quām forte premeretur, nox alta, & & cœlum tempestatibus inquietum sese objicerent: tamen hæc incommoda gravioris periculi timore perfregit. Relictis enim impedimentis omnibus, cum Ferdinandino fratre in fugam effusus est, dum per Alpes Tridentinas Villacum subiret: oppidum est. Foro Julii & Norici terminos complexum, Dravo incumbens flumini. Huc ille tot gentium vicit, non jam de hoste ac victoria, sed vita sollicitus, lubrico ac difficiili itinere, cùm nec equo vehi, nec pedibus posset incedere, à suis in lectica portatus est, fugâ tantò indigniore, quod amicum ac clientem formidare cogeretur, qui ad nullos inimicorum vultus unquam repidare consperatus fuerat. Mauritus Oenipontem consecutus instructam Imperatori cœnam, desertamque properantium metu reperit, quā ipse cum omni reliquo à Cæsare aule bellique apparatu potitus est. Rebus Ferdinandi (cui paucorum adhuc diem tenebatur induciis) civiumque intactis, Joannem Fridericum Saxoniam Ducem jam superioribus diebus Imperator ultro libertati restituit, cùmne Carolus, nec ipse Fridericus hoc Mauritio beneficium debere vellet; quod hic simulati magis obsequii, quām sincerae humanitatis esse sciret; profectum ab illo, qui ante annos quinque hisce vinculis, suā dignitate ejectum, potissimum induerat. Cæsar is igitur profugi vestigia sequi, quām Victoris benevolentiam experiri maluit, & illius captivus, quam hujus libertus videri. Rex Gallus, ut res Cæsar is inclinatas tantò vehementius premeret, pacis cum Julio Pontifice ineunda consilia cœpit, quam Turonius Cardinalis certis tantum ad biennium conditionibus extendit, quo bello per Italiam suspenso, Pontifex se inter Cæsar is Gallique partes medium futurum pollicitus est, cui pactioni Cæsar ipse, spe pacis in imperium revocandæ subscriptus. Neque in hoc negotio Pontifex suam diligentiam passus est desiderari,

LXXX. Mauritus jam per Ferdinandum, cui plurimum tribuebat, post tractatas ultrò citròque pacis rationes, ad hanc proprius accedebat. Fortunam ille Cæsar is virtutemque reverebatur, metuebat suæ. Ex pari illum nuper emersisse periculo, ad istam victoræ felicitatem viderat, affluere sensim ex Germania Italiaque militem, Fridericum ex hoste captivo amicum subito ac hospitem, amissæ haud dubiè inhibere dignitati. Suos se hoc bello inimicos in libertatem afferere, ac ferrum stringere autoris in jugulum retorquendum. Indictis igitur Passaviam, ex utriusque sententia comitiis, de absolvendis belli controversiis, magno partium studio disceptatum est. Sed Alberti Marchionis Brandenburgici, Regisque Henrici pertinacia, rerum secundarum usum confirmata, pacem esse communem non patiebantur, quam Bajonæ Episcopus Fraxineus, Orator Gallicus ambigua apud Principes oratione improbabat, facesque bello, quod primus suaferat, alendo, scriptis etiam in contumeliam Cæsar is literis subjicere est conatus. Et oratio quidem in Comitiis habita consuetam Gallorum in Germanos benevolentia veterisque necessitudinis commemorationem continebat. \* Hujus maximè amicitiae nexus florentes olim utriusque gentis Res publicas extitisse: inde Hungaros, Bohemos, Polonos, Danos Germanorum armis domitos: hinc Turcas &

Sed Brabantius & Gallus resistunt, ne decadant occupatis, liceat ahas causas obtemperantur. Sed Alberti Marchionis Brandenburgici, Regisque Henrici pertinacia, rerum secundarum usum confirmata, pacem esse communem non patiebantur, quam Bajonæ Episcopus Fraxineus, Orator Gallicus ambigua apud Principes oratione improbabat, facesque bello, quod primus suaferat, alendo, scriptis etiam in contumeliam Cæsar is literis subjicere est conatus. Et oratio quidem in Comitiis habita consuetam Gallorum in Germanos benevolentia veterisque necessitudinis commemorationem continebat. \* Hujus maximè amicitiae nexus florentes olim utriusque gentis Res publicas extitisse: inde Hungaros, Bohemos, Polonos, Danos Germanorum armis domitos: hinc Turcas & Sar-

Saracenos per Asiam, Africamque Gallorum armis subactos; quibus nunc per-  
peram singatur Rex Galliarum armis consiliisque misceri. In veteratam Saxo-  
num cum Francis societatem à prima istarum gentium memoria deduci, quod  
quidem amicitiae fedus Philippo Augusto Francorum Regi, aureis exaratum li-  
teris, posteritati mandare placuerit. Ex illustri quoque Luceburgicorum fami-  
lia extitisse Cæsares Gallæ Regibus conjunctissimos, Caroli quarti parentem  
pro Philippo Valefio Francorum Rege adversus Eduardum Anglorum pug-  
nantem etiam occubuisse. Neque in Principibus Austriacis eam semper reper-  
tam esse Gallis nocendi voluntatem, in his Albertum primum Rudolphi Cæsa-  
ris filium Philippo Pulcro Gallorum Principi eâ fide amoreque adhæsse, ut  
nec pollicitatione, nec comminatione Pontificiâ ad hujus regni oppugnatio-  
nem impelli potuerit. Carolum modò Imperatorem, cùm perverilis suorum  
consiliis, tum corruptis affectionibus, ad inimicitias cum Gallis traductum, illi  
neque utiles neque necessarias, universæ verò Europæ, prorsus noxias. Jam mo-  
liri, ut post fatalia in se invicem exercita odia, olim invictæ liberæque Germa-  
niæ nationes alieno Domino in fœdam indignamque servitutem transcriban-  
tur. Et suis quidem armis, alienis artibus expugnati. In unius Granvellani Atre-  
batensis Episcopi manibus nunc & Imperii ligillum, & Cameræ judicium, &  
comitiorum jus libertatemque versari, atque hoc postremò spectari, ut Ferdi-  
nando Rege, vel coasto, vel pollicitationibus illesto, Principibus etiam incusâ  
armorum formidine conteritis, Hispaniarum Princeps Philippus Germanis im-  
peret. Rem fortissimis viris detestandam; quæ ad æternum liberrimæ haec tenus  
gentis, & peregrinis nationibus imperare potiūs, quam parere asserunt, dedecus  
pertineat. Tam indignam servitutem Mauritium præclaro facinore conatum  
amoliri, arma pro patria pro suæ gentis libertate, pro nominis gloria apprehen-  
disse. Henricum Regem superiorum annorum offensione depositâ, huc fidem au-  
xiliumque imploratum contulisse, initis utrimque federibus cautum esse: ne  
Germanis cum hoste pacisci, nisi ex Regis voluntate liceat. Præter exspectatio-  
nem verò evenisse, quod Mauritius de pace nunc Regem ex longinquo consi-  
lat, coram in re tanti momenti agendum consultius, idque etiam Henrici me-  
ruiisse beneficia. Verum tamen si Re p. sanentur hac pace vulnera; si idonea, ne  
recrudescent, caveatur; si captivi Principes libertatem habeant; si vetusta cum  
imperio Galliæ maneant federa; si initis nuper pactionibus non abeaturs obsta-  
re Regem Mauritione pacem ambienti: suam tamen causam ab hac separa-  
tam vele; cum enim Cæsar multa per vim detineat, atque injuriarum occasio-  
nem injuriâ dederit, æquum esse, ut primam satisfactioni viam faciat, & juri im-  
petrando, jus offerat\*. Hæc Galliarum Regis Orator. Frustra verò postulatum à  
Cæsare, est, ut de his, quæ Carolus sibi per injuriam vendicasset, disertè emittia-  
ret: ne, cùm remedium quæriteretur, laterent vulnera. Sed morbi quorundam ta-  
les sunt, qui aut verecundiâ teguntur, aut medicinam respunt. Cùm tamen  
Ferdinandus Rex & Albertus Bavariæ Dux ceteroruimque Principium Legati ir-  
gerent Henricum, ut quæ pacis causa à Cæsare sibi tribui vellet, ea ne celaret.

Ita

1552.

Ita denique per literas à Legato oblatas respondit; ut præter verba nihil dare vi-  
deretur. \* Principum sese gratiâ ac voluntate in hoc bellum adductum, quod ut  
nullo suo emolumento admiserit, ita nec pacis suscepæ consilia turbaturum:  
Interea nullam sibi spem esse, æqua à Cæsare impetrandi, adeoque nec pecendi  
causam. Neque Galliæ Reges illos esse, qui pacem abjectis precibus magis,  
quam armis rogent, hanc ab inimicis orantibus exspectare, non ab imperanti-  
bus consueuisse accipere; iis præsertim, quibus nihil de viribus animisque con-  
cedant. Neque vero existimare se, postulaturos illud etiam à Rege Principes, ut  
qui cquam à sua statuat dignitate alienum. Sic illos se vicissim amplecti, ut ipso-  
rum gratiâ de jure sāo multa sit concessurus, nec recusare pacis amicitiæq; cum  
Imperatore conciliandæ diem conventumque. Intellecturos omnes, quantum  
voluntatis ad reipublicæ utilitatem adferat, quam vana illa sint, quæ de Turcica  
societate ab hostibus sui nominis circumferantur. Quod si tamen adversariorum  
machinationibus hæc ipsius consilia evertantur, si fraudi exitioque Galliæ novæ  
illæ animorum conspirationes fuerint, futurum ut pro sperata pace, gravior bel-  
li tempestas concitetur, cuius, ne ipse autor videatur, præmonitorem esse. \* His  
responsi, inter spem metumque conciliationis versantibus, sustinere Principum  
animos, suasque interea res bello partas firmare statuerat. Jam enim plus sibi e-  
molumenti in armis collocatum videbat, postquam illa belli fortuna obtulisset,  
quæ immaturâ etiamnum pace retineri non poterant. Neque enim Lotharingiæ  
atque aliquot jam Episcopatum occupatam possessionem, aut cedentis Impera-  
toris indulgentiâ, aut Principum Germanorum suffragatione sibi permittendam  
sperabat. Vim igitur sibi potius, quam pacem exspectandam ratus, bellum finiri  
noluit. Ut non pauci jam denique Germanorum intelligerent, primum servitu-  
tis auctoramentum, ab oblato libertatis patrocinio duci, & raros esse Principes  
qui aliis auxilium deferant, quo non magis ipsi adjuventur.

LXXXI.

Cæsar  
causas  
belli à  
Gallis  
allatas,  
in eos  
reto-  
quet.

*Exstat a-*  
*pud Bzo-*  
*vium his*  
*verbis.*

Cæsar intellectis illis quæ per Regem ejusque Legatum, tum oratione, tum li-  
teris in comitiis acta fuerant, ita respondisse fertur. \* Etsi pergrave accidit, ut  
cum rebus in Germania firmatis, omnia pacata domi crederem, bellum factiosis  
quorundam machinationibus inopinatò exarserit: tamen id multò gravissimum  
fuit, quod domesticis malis etiam externa injuria accessit, cùm Gallicum Ora-  
torem, quem jam in confessu vestro non adversus me tantum; sed contra imperii  
majestatem debacchatum esse audiveram; nunc etiam per Epistolam nos acris  
exagitasse cognovi. Patientiam vestram mirer, an potius Germaniæ intestinis  
dissensionibus labefactatæ vicem doleam, nescio; quæ amicitiæ specie imponi si-  
bi & illudi turpissimè ferat. Cùm Galliæ Rege pacem feci, factam religiosè co-  
lui. Et quamvis ille multa hæc tenus licenter, multa superbè fecerit dixeritque,  
quæ ad injuriam nostram pertinerent, publici boni causa dissimulavi. Tandem  
cùm ampla & magnifica omnia ejus Orator, qui in nostro comitatu erat, polli-  
ceretur, interceptis in Oceano navibus & oppidis in Subalpina regione captis,  
fine ulla denuntiatione nos terrâ marique oppugnavit, & hæc tamen ejusmodi  
sunt, ut ab infesto hoste exspectari potuerint. Id vero minime ferri potest, quod

cùm



cum nos prior illata injuria laceraverit, prior de injuria accepta conqueratur,  
 & cum violata pacis culpam in nos falsò transferat, concordia quoq; sarcen-  
 dæ à nobis viam aperiri debere contendat. Mauritio quidem antea, quamvis ad-  
 modum durum videretur, ut externi Principis res Germanicas ad miscerentur,  
 hanc conditionem detulimus, ut pacis ineundæ rationes per federatos, quos vo-  
 caat, Principes proponerentur, eas, si quidem non omnino iniquæ & inciviles  
 sint, citra controversiam admissuri. Verum ille, qui turbas amat, nihil certi aut  
 definiti haec tenus respondit. Sed dum dignitati suæ consulere præsefert, per arti-  
 ficias moras hoc agit, ut bello inter nos excitato, me, & vestram dignitatem  
 simul evertat. Jam quod communicatis cum Turca consiliis obiter perstringit,  
 quasi abundè purgatum existimet, quâ fronte excusare potest? at qui penes me  
 habeo Aramontii Gallici Legati commentarios Byzantii scriptos, & ad Regem  
 per Costam centurionem quandam missos, qui societatis cum Turcis, in Chri-  
 stiani nominis perniciem initæ, plenam fidem faciunt. Interceptæ sunt & nuper  
 purpurati Budensis literæ ad federatos hoc tempore Principes aliosque datæ,  
 ex quibus liquidò apparet superioris anni cladem à Turcica classe acceptam,  
 in ipsum ut impulsorem conferendam esse, qui &, ut hoc anno idem fiat, non  
 cessat Turcorum Imperatorem sollicitare. Quæ omnia si cum præclaris illis pro-  
 missis, quibus adeò gloriatur, conferantur; nemini dubium relinquetur, quorū  
 sum pertineant illius consilia, conatus, & affectata federa; eā mente nimirum  
 facta, ut me & Ferdinando fratre, veluti de medio sublatis, Germaniæ remp. in  
 summum discrimen adducat, & singulis Principibus ac civitatibus oppressis,  
 vastatoque eorum agro, etiam ope illorum, qui se imprudenter ipsi conjunxe-  
 rint, quasdam Imperii civitates sub jugum mittat: quas tanquam hujus belli ma-  
 nubias magno nostro cum dolore, summo certè cum Germanici nominis dede-  
 core, ab ipso muniri & præfidiis firmari intelligimus. Hæc nisi vos præmoneāt,  
 non amplius miror, cur Oratoris Gallici literæ in confessu vestro admissæ & le-  
 Ætæ sint: quas si concordia, qualis esse debet, inter nos vigeret, rejici omnino o-  
 portuit. Mihi certè quod nihil ad præsentem actionem pertineant, superfluum  
 videtur, quicquam ad eas amplius respondere. Dolebat vehementer Carolus  
 trium Episcopatum, Tulli, Virduni, Metensisque jacturam, quam aliorum per  
 Lotharingiam Belgiumque oppidorum amissione æuctam videbat. Hæc in Gal-  
 lorum manus improviso terrore, nullis militum subfidiis freta, inciderant. Rex  
 tamen quamvis pacem respueret, è Germania in Lotharingiam reduxit militem,  
 hinc Germanorum Principum, Moguntiaci, Palatini, Trevirensis aliorumque in-  
 ductus precibus, qui ea de re per Legatos Weisseburgi interpellârant: inde ar-  
 morum ex Belgio suis provinciis incumbentium metu.

Quantæ

terrarum

hoc bel-

lo Gallus

imperio

&amp; Belgio

ac Lo-

tharin-

giæ sub-

traxerit,

locis u-

biq; im-

munitis

receptus.

LXXXII.

Belgia

annis, &amp;

Principi

Germano-

rum po-

tulat-

is Reg

Jam enim Martinus Rossenius, exploratæ virtutis miles, traducto in Cam-  
 paniam exercitulatè omnia populabatur, atque Astenæum, Lotharingia ad Mo-  
 sam, jam receperat oppidum, proxima quæque, nisi averteretur, invalusus. Maria  
 etiam Belgii gubernatrix, comitiis Aquisgrani institutis, invitavit vicinos quoq;  
 que ad armorum confederationem Principes. Cui Leodiensis, Coloniensis aliiq;

1552.  
 provo-  
 catus,  
 militem  
 reducit,  
 & quædā  
 apud Lu-  
 zelbur-  
 gios loca  
 occupat. propinquai haud difficiles accessere ; solus Guilielmus Cliviæ Juliaeque Dux, non  
 sine Caroli aliorumq; offensione, sese subduxit, ac neutrarum esse partium, quām  
 Gallo adversari maluit, pristinisque ipsius obsequiis ingratuus videri. Henricus  
 igitur, quō suis subveniret, alienis terris illa interpretatione, cesit; ut diceret, se  
 hanc deterre Germanis benevolentiam, gratiamque, & quorum libertatis causā  
 venisset, his in eam restitutis, iterum decederet. Tripartito itaque exercitu, per  
 Alsatiā ac Lotharingiam, in Belgium deflexit, ac per iter recepto Atenæo, ac  
 Theodonis villa ob firmitatem præteritā Rodemacram vicinam expugnat, tum  
 post Danvillerium Ivodium apud Luxelburgicos Petro Ernesto Mansfeldio Co-  
 mite fortissimè propugnante vi obtinet, & Robertum Marcanum, quod castrum  
 Bullionis, quantum videbatur impenetrabile, regionis caput occupasset, Ducem  
 Bullionum pronuntiat. Rossemius, post excisam Picardiam & Hesdinum inter-  
 ceptum, cum impar regis ad tutiora rediisset, Rex exercitum hoc itinere morbis  
 rerumque penuria vehementer attritum, denique sub exitum Julii, in hiberna  
 dimisit. Metasque per Ducem Guilium, cum parte copiarum immisum, aliasq;  
 Lotharingiæ urbes arcesque muniri, quantā potuit sedulitate, iustitiae citio parta  
 citio dilaberentur, pretiumque præclaræ libertatis, à Christianissimo videlicet  
 Germa- Rege in Germaniam reductæ, amitteret. Sed animadvertisit tum denique impe-  
 nia Gal- rium, se brevi in servitute Gallorum fore, si suam ita sæpius libertatem propu-  
 lorū au- gnaret. Dissimulandum tamen Catholicis Principibus, qui hoc pacto religionis  
 xilis perditur, suæ libertatem vendicarant; ne cum Rege seipso, qui hoc ostium panderant, in  
 Gallia crimen vocarent. Catholicos suæ etiam tarditatis ignaviazque pudebat, qui dum  
 servatur, Gallum offendere verentur, & partium medii hostem nullum vellent, nullum  
 postremò habituri erant amicum, neque aliud consilii beneficium, quām quod  
 Ulyssi Polyphemus detulit, ut ceteris sociorum devoratis, victima ipse ultima  
 accederet. Gallus sanè Trevirim, Spiram, Moguntiamque intentata, quamvis  
 absque successu, non reliquit. Cujus tamen declinatam armorum vim Albertus  
 Dux immanitate, ut videbimus singulari, supplevit. Hæc nimirum illa est Ger-  
 manorum Principum, tum inter se, tum à suo capite dissentendi libertas, quam  
 recondito arcana consiliorum sensu Gallia sibi meritò defendendam statuit,  
 brevi in illorum potestate futura, nisi suos Principes in servitute, Germaniæ in  
 libertate contineret, ut cùm hic multi, illic unus imperat. distractas Germano-  
 rum vires unita facilius potentia sustineat, suosque inter hostes quandoque etiā  
 fautores reperiat. Quem sūm errorem Germania semper agnovit haec tenus,  
 nunquam emendavit; libertatis ad sūm etiam periculum jacturamque cupida,  
 eaque gentis simplicitate, quæ honestius existimat decipi, quām decipere, quā  
 LXXXIII. Alberti Blande burgici, proscripti ab imperio Ducis armis, ope: veluti ansa, à vicinis nonnunquam Gallis circumferuntur, qui licet origine, ut  
 lubenter usurpant, Germani; cum cœlo ramen mutatum ingenium est.  
 Interea dum pacem quærat Germania, Galliam Henricus firmatā suis armis  
 Lotharingia instruit, Albertus Brandenburgicus rarum tenax, quas ex proscri-  
 ptione sui ab Imperio conceperat, Wolfgangum Melchingum Ordinis Teuto-  
 nici Magistrum, sūmque in Prüssiā æmulum, tanquam erumpens ex orco furia,  
 armis

1552.  
Gallorū  
Germanis, cum  
excidio  
færorum  
illata,

armis Germanorum & Gallico stipendio ferox, primum ferro flammaque per sequitur, ingentique, ni omnia pefundari malit, pecuniâ multat. Noribergen-sibus deinde infide Cæsarî persistentibus, nec Alberti Galliæque Regis placita acceptantibus, quamvis Mauritius, simulatè saltem, obniteretur, vicos centum, castella, villasque civium facile septuaginta, ac ter mille silvarum jugera incen-dio sustulit, additurus damno, nisi pacem ducentis aureorum millibus parasset, Heribopolensem & Bambergensem, quod Romanâ starent fide integri, durissima pactione subegit. Ille enim, ut extrema Noribergensibus illata declinaret, oppida ditionis suæ ac præfecturas viginti, clientelasque eidem omnes, confessis ea de re literis XIX Maii permisit; hic quingenta quinquaginta dependit aureorum millia. Ulmâ deinde nequicquam obsidione minisque pertentatâ, Wormatiam in Vangionibus, atque in Nemetibus Spiram suæ potestatis fecit, duodecim aureorum millibus ab illius Principe extortis, & Catholicorum ubique cul-tu profligato, Moguntinus Elector mersis Rheno belli tormentis ad tutiora se transluit, Trevirorum Archiepiscopus Ehrenbreitsteinianam arcem iussus ce-dere, propriâ se tutaque negavit statione abire posse, Argentoratensisbus frustra etiam suo, & Galliarum Regis nomine, extrema interminatus, demù intelligit pacem esse Passavii Cæsarem inter Mauritiumque conclusam. Quam implacabi-li Catholicæ religionis exscindendæ cupiditate flagrans, summâ indignatione in Mauritium conceptâ exceptit, pertinaxque Gallicorum armorum federi in-hæsit. Tentatâ tamen nequicquam Francofurti, quod Mauritianus miles reliquerat, obsidione, Moguntiam priori marте subegit, navesque illic ac Spiræ, etiam frumento vinoque onustas, flammis, ne Cæsar illac consequi posset, consu-mit. Tum vastatis, in utraque diœcesi, excisisque, quâ sacrâ, quâ profanis, in Tre-vericam pari sese immanitate effudit, & quidquid religiosarum illic in primis domiū ac Monasteriorum (quorum insignis numerus) non solùm exhausit spoliis, verum & incendio deformavit, quo, sub ipsis Trevirorum mœnibus, tres Abba-tiæ Benedictinorum periæ; & supra infraque Treviros munimenta duo fortissima Saraburgum ac Palatiolum cecidere. Urbs, ut extremum evaderet exci-dium, hostem ditione admisit, quam ut postremò sine noxa desereret, non sine ingenti pecunia effectum est, cum iam Cæsariani propius instarent.

Hæc inter, ut coeparam dicere, Passavii, legibus parùm secundis, orthodoxæ religioni pax sanctitur. Videlicet: ut confederati Principes ante XII Augusti diem ab armis discedant, copiasque sine noxa imperij dimittant, militaturas Ferdinando adversus Turcam, qui eodem tempore ex pacto Hungariam invaserat, ne Rex fratri subvenire posset. Adeum quoque diem Philippus Landgravius solitus custodiâ Hispanorum ad Rhenum suam arce Rheinfeldia sisteretur, cautione tamen servandarum conditionum præstâ, pro qua, ut Halæ Saxonum, at i. hic quoque Mauritius cum Electore Brandenburgico fidem obstrinxit. Illius cum Nicovio Comite de Cattorum ditione controversia, Principum Electorum Cæsariis que judicio, per electos arbitros intra biennium definitur. Ad judicium imperialiis Came-ra Augustana etiam Confessionis homines admittentur; ne partus utriusque cause equis ju-dicibus destituantur. Ottoni Henrico Palatino, hactenus presso, integrum suæ dominium li-

LXXX  
IV.  
Pax reli-gionis  
inter  
Prote-stantes &  
Catholi-cos, ma-gno ho-rum de-trimento  
Passavii  
inita.

bertusque possidendi constet. Intra sextum mensem imperialibus comitiis & pax firmetur, & religionis dicitur aqua lege componatur, interea vero nulli, religionis causa, molestia eretur aut affiscatur periculum. Sui denique juris imposterum innoxiique sint, qui durante hoc bello sacerdos partibus adhaesere. Proscripti recipiantur in gratiam, quicunque Regi Gallicarum, dum adversus Cæsarem militat, harent, eadem gaudeant, modo intra trimenbre ab illo discedant. In quibus & Albertus Brandenburgicus censeatur, modo ante XII Augusti diens copias dimittat. His legibus vel à Principibus vel à Legatis subscriptum, hostisque judicatus est, quisquis illas violasset. Quibus Interim illo famoso impositus finis est, & Saxonia, cum Vertumnis Ministris suis, pristinam religionis iterum lavavam assumpsit, sub qua haec tenus latet, nec suis quidem majoribus orthodoxis agnoscenda, quos nisi aberrationis à suscepso per Monachos sacrificiosque Christianismo condemnnet, seipsum condemnnet necesse est, quæ tam dissimilem his suis institutoribus religionem censeatur; quam priscorum non ignari seculorum nullo rationis patrocinio queunt tueri habituri, ut in vita fidem, sic à morte fedem longè ab iisdem diversam, quæ nisi nunc expendant mutentque consilia, serius vera nimium esse experientur.

Pace inter Cæsarem federatosque initâ, Villaco ille Oenipontem atque hinc Augustam, magno tam ex Hispanis Italisque confluentibus, quam Germanis Bohemisque repente metuendus exercitu (Mauritio tamen cum Ferdinando contra Turcam progresso) Augustam appulit, innovatoque rursum magistratu, libertatem religionis intactam praestit. Neque hic diu cunctatus dimisso abs se Joanne Friderico Saxonum Duce, ad reliquam possessionem, animo, quam consilio majore, contra Gallum ad Lotharingiam repetendam, vergente iam in autumnum anno, progressus est, Metisque opere & milite Francisco Guisio Duce firmissimis, cum octo peditum & tria equitum millia in urbe censeret, vim extremam adimovere XXII Octobris cœpit, ut illius expugnatæ terra reliqua omnia prona ad obsequium haberet. Quo etiam consilio, juratum cetera, & suum & Catholicorum hostem, Albertum Brandenburgicum, Lotharingiae finibus, cum Aumalio Guisii fratre inhærentem, à Gallis ad se traduxit. Is stipendiorum duabus inter Gallos exactor, cum non omnia ex voto obtineret, & Rifebergius, Hascicæ legionis ductor, qui manumissus partes Gallicas, dissimulante Landgravii filio, secutus unâ fuerat, arte Francorum abstractus esset, indignatione in hos conceptâ, Cæsaris gratiam occupavit. Quo cognito in abeuntem Aumalius, Gallicas copias versit, in quas Albertus, licet numero longè impar, & peditatu jam per Gallos corrupto, stipendiaque postulante, destitutus, equitatum tantâ alacritate pugnandi intulit, ut ruptis profligatisque ordinibus, Aumalium tribus vulneribus faucium interceperit, & tanquam victoriae monumentum Carolo stiterit, manusque hoc facinore defectionis præmium tulerit, pactionibus, in quas Bambergensem nuper iniquissimas adegerat, parum consulto à Cæsare firmatis. Gallis jactura sui Ducis, quam Alberti gravior; quod hujus, tanquam mali dæmonis ferociâ obsecrâ, Germanos opprimi mallent, quam suos circumfederi. Neque opera præmium expugnanda urbi tulit. Exercitum Caroli ad centum millia peditum, equi-

equitumque duodecim pervenisse afferunt, machinas bellicas cum exercitutri-partito admotas mœnibus centum quatuor decim , tantaque illis vehementia-tonitruque impulsas, ut tridui itinere diffici strepitum horrificum exciperent. Se-pe in ajunt fossorum millia, cuniculis aliisque operibus adhibita, ut viribus nullibi Cæsar majoribus, nullibi rursum minori profectu egisse credatur. Nam pro-pugnantium non impar virtus, seu defendenda munimenta urbis, seu in holtem extra moenia eundum, Gigantes utrimque pugnare crederes, quibus levis suo-rum clades erat, modò supererrent adhuc aut vincendi, aut viatores. Neque, tam Carolis, quam Guisius (qua utriusque ad pugnandum erat constantia) ab ultimo virtutis experimento deducendi videbantur, nisi hiems in Decembri sævissima, nivibusque impedita adversus Carolum de cœlo bellasset. Cui, jam tertia mil-i-tum parte consumpta, reliquisque inclemenciam brumæ stupefactis, cedere demum coactus est, anno, ultimâ Decembris die, ante urbem concluio. Cum quo, velut evoluto jam felicitatis stadio, Caroli fortuna cursum absolvisse visa est, neque ex familiarî ipsius symbolo plus ultra voluisse ; Superis, ante Metas, metam Carolo mortal is gloriae figentibus. Non paucos ferro ac frigore morbisque dysenteri-cis afflictos ante urbem discedens reliquit, quos ea humanitate intra mœnia ex-cepit fovitque Guisius, ut ad amicos se venisse crederent, dignumque prædica-rent Principem, qui de Cesare tot hostium victore triumpharet. Is solennibus Deo gratiis supplicatione persolutis Lutheranos, quâ potuit diligentia, exustis publicè per Carnificem libris, totâ urbe persecutus est, ne aliam in his perfidiam nisi quâ contra Cæsarem res Galli promovissent, probasse videretur. Quanquam denique per Galliam, justo Dei judicio, invalecente, quam in Germania fove-rant, hæresum peste, quin regnum regiamque sedem ipsam occuparet, parùm ab-fuerit; nisi dissimili gratia, Alexander Farnesius è Belgio suppetias tulisset, Par-i-siosque ab interitu vindicasset. Tantò illustriori facinore, quantò minori id fa-stum Gallorum merito, & majori Belgarum detimento, qui hanc sui Principis pietatem, amissis urbibus non paucis, & profligata in iisdem religione, luerunt. Quamvis poenâ Ecclesiæ Dei non poenitendâ, quod minori malo longè maius a-verterit, & cum flammarum in domo proximi excitatam extingueret, consultuerit etiam propriæ. Quo consilio, si Henricus Rex Galliarum adhæsisset contra hæ-reticos Carolo, nec Germania, nec Gallia tam turpi incendio conflagrasset.

Nec Hungariae felicius inter has Germaniae turbas consultum est, cum ex dis-cordi illius studio sua plerumque Turcae emolumenta decerpant, similes canibus, qui dum corvi vulturesque de cadavere certant, optima quæque abripiunt. Se-gediu[m] illic præter arcem Christiani secundo marte occuparant, sed dum arcis ob-sidioni neglectius inharent, per Alim Præfectum Budensem magnâ clade casi sunt, qui in monumentum suæ victoriae quinque nasorum millia cælis amputato-rum, honestiori spolio, quam præputiorum olim, cum 40 vexillis captivisque no-bilioribus Constantinopolim ad Imperatorem misit ; ac subinde victoria famâ usus Vesprimum haud magno molimine intercepit, præliariis metu potius, quam vi deditis. Quibus aut mors, aut captivitas intempestivæ deditio[n]is præ-

Guisii in  
afflictum  
Cæsar is  
militem  
human-i-  
tas, & o-  
diū ha-  
resis, quâ  
sentim  
Gallia  
infecta  
est.

LXXX  
VI.

Turcas  
in Hunga-  
ria pro-  
gressus,  
nostris  
dissidiis  
alii, atri-  
xiliis pa-  
rum reo-  
pressi.  
Istus ann  
l. 17 & 18  
Natalis, L. 9

1552.

mium fuit. Contra fidem quidem, sed quam Turcæ perfidis non judicant deberit  
ne honore scelus aut pretio estimetur. Solimannus hoc successu utendum ratus  
Mahometem & Achmetem Præfectos, cum numero ex exercitu, submisit, qui  
Temesvarium fortissimum cum urbe munimentum juxta fines Transilvaniæ ad  
flumen Temesum, post gravissimam oppugnationem, deditio cepere, Præfe-  
cto quoque ejus Losontio perfidè trucidato, ut Christiani discant adversus Tur-  
cam honesto militi, in pugna, aut moriendum, aut vincendum esse. A qua virtute  
Ferdinandus passim miles visus descissere, quando territi exemplo Turcicæ  
crudelitatis, quæ & facile se dedentes ob levitatem, & difficile ob resistendi per-  
tinaciam infelices cadebant victimæ, fuga sibi, Lippâ aliisque oppidis desertis,  
consuluere, rati fugitivum pugnare iterum posse. Mox gemino Hungaria subdi-  
dio levari cœpit, hinc Mauriti & Germanorum pace factâ, succurrentium; inde  
singulari Agriensium virtute, qui in urbe, nec situ, nec arte munita, sub fortissi-  
mis Præfectis Stephanis Dobone uno, alteroque Nesqueio honeste mori, quæ  
fugere turpiter malueré, tantisque hæc animis consensiisque incolarum defensio  
suscepta est, ut feminæ viris permisæ non secùs ac pro catulis pugnaturæ leæna  
in hostem sese immiserint, arrogantiæque Mahometis adeò fregerint, ut tot  
virûm viator seminarum hic denique virtute inferior, X Cal. Novemb. confu-  
sione atque indignatione plenus cesserit. Adeò præsens, ad evadendam mortem, con-  
temptus mortis præsidium sepè pugnantibus attulit. Turcis itaque cedentibus, & in-  
cumbente jam hieme, Mauritius nullâ re gestâ in Germaniam se recepit, contra  
suum Imperatorem, quæ alienum hostem fortior, breviter theatrum pugnæ  
novum reperturus in patria, ut si non pro illa, certè in illa, perfidæ suæ teste,  
mortem promeritam reciperet.

LXXX  
VII.  
Turcica  
classis à  
Salernitano  
Principe  
Gallisq;  
magna  
clade &  
probro  
Christianorum  
evocata,

In An-  
nat. Eccl.

Sed maritima quoque classe Neapolitano regno metuendus Turca hoc anno  
incubuit. Salernitanus ejus regni Princeps, à Petro Toletano, Prorege Caroli,  
graviter offensus, ab utroque, ut supra memini, defecerat, & cum Henrico Gal-  
liarum Rege Protestantum in Germania partibus ad fuerat; qui ut graviori Cx-  
farem feriret istu, Henrico Neapolim occupari posse persuaserat, modò cum So-  
limanni classe, juncta se ductore Gallicâ, sociatis rem viribus agerent. Ille roga-  
tus, potentissimam sub Dragutis & Sinanis, imperio classem miserat, quæ tempe-  
stive in mare Tyrrhenum descendit, prosperaque navigatione superato Mellisa-  
nensi freto, Andream Auriam in Proregis subdium properantem intercepit, ac  
septem ex quadraginta navibus captis, mersisque duabus, in fugam avertit, ani-  
mis parem, sed viribus longè imparem. Verùm cùm Salernitanus Gallica 25 tri-  
remium classe, quæ aditum proditione speratum facturus credebatur, seruis ex-  
spectatione Massiliâ solvisset, Turcæ, vicinis mari oppidis captis succensisque,  
prædâ captivisque onusti in Chium adhiberna abière, & Salernitanu nequic-  
quam in sequenti urgentique redditum, post exprobratam ignaviam, fidem in se-  
quentem annum addixere. Exclamat hic indignaturque Gallicæ nationis Scri-  
ptor nobilis, & suæ gentis Regumque contra alios amator singularis, Sponda-  
nus, hæc facta, cum evocatione hostium Christianitatis, idque à Christianissimo licet Rege,

sub-



1552.  
an. 1552.  
num. 150

subjicitque dolens. Ita cœcas hominum mentes in transversum agit ambitio, & à recto virtutis tramite dimovet!

At ego accusandos magis ejusdem gentis Ministros regios, eosque nonnunquam Theologos, & Episcopos rerum cognitione celebres, arbitror; quorum instructione, ab exemplis Judaicæ gentis cum Ethnicis federa captantibus, dūtā, hæc consilia tanquam licita Reges amplectuntur, qui tamen horum auxiliis nunquam ad propriæ excidium Ecclesiæ sunt usi: quemadmodum nuper vidimus Bajonensem Episcopum, Regis sui, quam religionis observantiorem, Henricum ad Protestantium provocasse fedus, iisque in Germania adversus Cæsarem hæfisse Legatum, donec hic necessitate armorum rebelliumque pressus, deplorandum Catholicis, totique Romanæ Ecclesiæ Passaviensem pacem, libertatemque religionis admitteret. Ut illam Hispano-Batavicam, Germanicamque pacificationem, me, dum hæc primò scribereim, Monasterii Westphalorum præsente contractam dissimulem, quām Pius ejus temporis Rex Ludovicus, si causis legibusque suis superstes agnovisset, nunquam admissurus, neque illa, unde hæc originem duxere, federa probaturus fuisset, nisi Ministrorum perversa adulazione suauaque induxit: ut politicum axioma suum hi sapientes prosequantur, quo statuant; discordiam bellumque atendum in Germania; ut concordia & pax consistat in Gallia. Quæ dum, quocunque etiam religionis neglectu, perpetratur, nescio equidem, quam possint habere excusationem: nisi forte illam, quam Legatus Gallicus Monasterii, me audiente, ad hanc objectionem joco serio protulit, fore, ut cum Rex suus Germania dominetur, facile in sedem pristinam orthodoxam fidem reducat, atque accepta detrimenta majoribus emolumenis compenset. Verum hæc si solo perficerentur Gallorum desiderio, forte esset, cur posse exspectari: nunc alias facile metu, alias exspectatione absolvunt. Et ejusmodi politicorum consilia rem hoc tempore Catholicam in Polonia persum dedere, sub juniore Rege Sigismundo, quando è nobilitate Canonicus Premislavensis Stanislaus Orichovius uxore ducta, id eoque communione fidelium ab Episcopo exclusus, ut hæreticus, ejus rei cognitionem ad Laicos regni Proceres detulit, qui cum Orichovio faverent, Rege frustra obniente, Augustanæ Confessionis libertas, cum alia hæresum irrumpentium fecerit. hic aditum reperit. Isti Evangelico hospiti similis, qui admissus septem alias se nequiores introduxit.

Imperator cum Musiponto in Lotharingia per Egmōdanum Comitem occupato, in Belgium ad hibernam se quietem contulisset, atque interea Dux Vendomius Piardus gubernatori hiemis beneficio per congelatas paludes, tormenta pyria Hesdino admovisset, Croioque Reussi Comitis filio deditioinem extorsisset, Carolus repositurus cladem exercitum Croio Duce Terovanæ fortissimæ Moriorum ad Lisam flumen urbi expugnandæ adhibet, nec infelici conatu, quem Bignicurtius, Croio ad Patris funus difende, violentâ urbis occupatio- ne, & Gallorum captivitate IV Iduum Junii absolvit. Urbs inter Picardos Flan- droisque limitanea, cum ex vicissitudine fortunæ ac Dominorum, multo utriusq; gentis sanguine stetisset haec tenus, à Cæsare funditus eversa est. Collegium Cano- nico.

LXXX-  
VIII.  
Ministro  
rum re-  
giorum  
corrup-  
tela quā-  
cum malit  
adferat,  
etiam  
Regibus  
invitis.Principiū  
politiciū,  
sed non  
Christia-  
num, quo  
Germ-  
norum  
religio es-  
versa est.Flor.  
Rem de  
orig. her.  
l. 4. c. 8.  
& seq.  
Simili  
politicorū  
filio reli-  
gio in  
Polonia  
perit.Pōr Heu-  
ter l. 13.  
Belo.  
Thuan .  
An 1553.  
LXXXIX.  
Data ac-  
ceptaq;  
inter Galo-  
los Bel-  
gasque  
clades  
Terova-  
nico.

155.  
 à Cæ. fare de  
 leta, Hes-  
 dinum  
 novum  
 excitau.  
 nicorum à Belgis Ipras, Episcopatus à Gallis Boloniam translatus est. Chrono-  
 graphicum excidii duobus his verbis complexi sunt: DeLetI MorInI. Subinde  
 Emmanuel Philibertus Sabaudia Ducis filius ad exercitum præfuturus accessit,  
 qui de luso Vendomio dum Monstreulio minatur, isque Hesdinensi huic milite  
 transmissio urbi consulit, Hesdinum subito deflectit copias, oppidumque primo  
 impetu capie. Sed in arce fortissima vis major adhibenda fuit; hanc tamen, &  
 ignivomis machinis, & cuniculis periclitantem, cum Franci certis dedere legibus  
 instituunt, pulvis in arce tormentarius fortuito correptus igne, atque ex eodem  
 succensi cuniculi, una, & magnam arcis partem & Francos cum Horatio Farne-  
 sio, magna exspectationis juveni, ac Regis genero, in auras evibrarunt. Quare &  
 Cæsar idem, toties captum amissumque, everti jussit, aliud, cum minori amitten-  
 di discrimine, sequenti anno inter propinquas paludes excitaturus. Forma illud  
 quadratum, munitione singulari per singulos afflorgebat angulos, quos vastæ mo-  
 lis & cespitibus intexto conjunxit aggere, qui innoxius tormentorum ierbis  
 resisteret, lataque circumdatus fossâ, haud facilem invasuris præberet aditum:  
 tum Attrebatisibus propugnaculum, nisi præsidiarii, aut fides desiceret. Aliis  
 deinde Monmorantius senior, qui filium in Terovana captum amiserat, copiis  
 adfuit, conseditque haud procul Ambiano, ubi strictis fugæ specie insidiis septin-  
 gentos facile hostium intercepit, hæsitque dum Rex adesset, cogereturque LX  
 facile peditum & XII equitum exercitus, quò Bapalma & Cameracum frustra  
 tentara sunt, ac denique aucto etiam citra Schaldim Cæsar's exercitu, absque ul-  
 lo Gallorum emolumento, nisi aliquot consumptorum flammis locorum, ad hi-  
 berna tempestivè discessum est; & ad pompam hi prodisse magis, quam ad pugna-  
 sunt yisi, pro more ut ferunt Gallorum: quorum primus ferè bellî impetus herorum sit,  
 progressus virorum, seminarum exitus. Hinc, qui primum Gallorum fregit impetum,  
 primum stravit ad yictoriam aditum. Quos hoc loco credendum est, Cæsar in  
 castra adventantis nomine territos, qui licet, ut frequens illi vitium erat, poda-  
 gricus, Gallo tamen solâ fortitudinis aestimatione, in pedes conjetit.

Gallicæ  
 militiæ  
 vis, pri-  
 mo im-  
 petu cō-  
 sumpto,  
 evane-  
 scit.

Natali.  
 6. & 7.  
 Thuan. I.  
 12. Leu-  
 cla. in  
 suppl. an-  
 nal. Ture.

XC.  
 Senenses  
 odio ar-  
 eis à Cæ-  
 sareis ex-  
 citatæ, il-  
 lis ejctis  
 Gallos  
 admittit.

Dum hæc in Belgio Cæarem inter Henricumque aguntur, eosdem mutuis  
 collisit armis Italia, Senenses in Tuscia hactenus clientes Cæsaris sua administra-  
 tione usi, ob suspectam Cosmi Florentini Ducis potentiam, præsidium Impera-  
 toris, sub Jacobo Mendoza, admiserant; sed cum hic, ob natas in urbe plebis Pro-  
 cerumque factiones, & quo pleniori illis potestate imperaret, arcem urbi impo-  
 neret, patriciosque favente vulgo, gravius premeret, his servitutis metuentes  
 Gallorum clam subfidium implorant; ut si illam non evaderent, saltem pro in-  
 genio ac plerumq; sorte oppressorum mutarent.

Turnonius apud Venetos Cardinalis, probante Rege, suscepit negotium, Ita-  
 losque Duces Nicolaum Ursinum Comitem Petiliani, Marium Comitem San-  
 florium, & Hieronymum Pisaniū iis conciliat, qui egregia cum Senensibus simu-  
 latione à Mendoza postulant; ut quando Dragutus, & Princeps Salernitanus,  
 Turcicâ Gallicâque classe imminerent, conscribendi ipsis milites, ad tuendos  
 portus, copia fieret. Nec gravatè id indulxit, donec à Cosmo Florentino Duce  
 moni-

monitus, hos in suum caput parari, tardius illi quam par fidem habuit, cumque tandem octingentos ab eo auxilio missos in urbem acciperet, per aversam Senenses portam sex millia federatorum admittunt, qui aliis facile ejectis arcem demoluntur, ac sub Thermæo, Franci Regis Legato eandem occupant, Cæsarianis Orbitellum munitissimum Senensem castrum receptis. Quæ superiori perpetrata anno, hoc Petrum, Neapolitanum Proregem, jussu Cæsar, ad pellen-dum Gallum Senis, cum exercitu, evocarunt, cujus tamen Florentiæ mox extin-ti vices Garsias filius adit: qui, junctis sibi ex Insubria Gonzagæ copiis, arces oppidaque non pauca Senensem expugnat; sed felicem victoriarum cursum, & Gallica classis in Senensem appulsa portum, & Dragutus illapsus Calabriæ, Neapolique metuendus, pro hujus regni defensione avertit. Unde Garsia in Neapolitanum regnum averso, Senenses omni arte, pueris feminisque etiam ad laborandum versis, se muniunt, & Thermæus Draguto junctus Corsicam insulam (quæ navigantes Tusciam Gallos tutu statione exciperet) viribus omnibus invadunt. Quibus primo impetu Bastiæ portus, Genuensisibus, ad quos insula specta-bat, profugis, cessit: dein à Thermæo expugnatum Fanum Florentii, & Glassa urbes, à Turcis quibus Polinus Gallorum nomine aderat, Fanum Bonifacii, præcipuum Corsicæ propugnaculum, quo obtento, cum immineret autunus, Dra-gutus Constantinopolim reversus, Thermæo ante Calvium (quod unicum resta-bat) autumnum frustra consumente, quem Auria cum classe superveniens, totâ brevi insula, præterquam Fano Bonifacii dejectit. Quo tamen, post variam belli fortunam Gallis, ad invadendum, quæ defendendum promptioribus, abeun-dum denique fuit. Dragutum nonnulli Genuensium abductum pecuniâ præma-ture sentiunt; at Constantinopolim ob seditiosos regni motus, avocatum à Soli-manno verisimilius. Hic enim postquam Ottomannica crudelitate Roxolanam servilem concubinam, non libertate solum, sed & thalamo uxorio, quod istuc in serua insolens, donasset, Mustapham ex Circassa concubina filium natu maxi-mum, omnibus, præterquam Christianis, gratissimum, de regni ambitione per Roxolanam æmulam accusatum sustulit. Quiem, cum minimus natu ex Roxolana Giangir à Patre accersitus, velut per jocum salutare jussus esset, is dolore & com-meratione percitus exprobrata Patri tyrannide, & in pectus adacto pugione, cadaveri fratri incumbens, exspiravit: neque tamen hoc exemplo Pater motus, etiam Mahomerem ex Mustapha nepotem, adulatio-ne uxori dementatus sustu-lit. Selimo deinde cum Bajazete fratre colliso, quod huic licet natu minori Ro-xolana sceptrum, illi Solimannus destinaret. Intellecta Mustaphæ nece, seditiosis exercitus in Solimannum tumultibus exarsit, vix ut componi autoritate Imperatoris sui, quamvis maximâ potuerit: adeò miserabilis illa regiorum liberorum sors, & seminarum in hac aula potens libido sensum vulgi penetrabat.

Nec jucundior in Germania rerum facies Alberto Brandenburgico eius seculi gentisque Tyranno, novis furiis concitato fuit. Cæsar in Belgum proficitens Trevericam illi Diœcesin (vindicaturus ultroneam illius nupero anno in urbem

y  
Brandenburgicus iterato Germaniam in primis que Episcopos bello impetravit.

XCI.  
Galli  
Turcatu  
classe  
Corsicā  
Genuen-  
sisbus eri-  
piunt,  
brevi te-  
menab  
his recu-  
peratam.

Turcica  
classis  
rebello-  
ne Tur-  
catu Cō-  
stantino-  
polim re-  
vocata.  
Turpis  
in Soli-  
manno  
mulierū  
amor, &  
filiorum  
odium.  
Chytre.  
in Sax. l.  
19 Schles-  
ian l. 25.  
Heutorus  
in Carol.  
l. 13.

ad- Albertus

admissionem) pro hibernis indulxit, dum stipendia promissa exsolverit, quæ et  
dem quoque ante alios dependit. Verum is, cum præter hæc pactam à Noribergensibus, Heripolensibus, ac Bambergenibus pecuniam exigeret; quæ Cæsar  
hosti pendendam negârat, amico rursum indulserat; illi ad pacis leges, & jus im-  
periale Cameræque Spirensis judicium provocarunt. Cui quod Cæsar ab Alber-  
to interpellatus standum diceret, is confitata repente militiâ, ad prædatorios sem-  
per Duces promptissimâ, contemptisque quos Cæsar constituerat Bavariæ &  
Wirtenbergiæ arbitris Principibus, ac spretâ etiam, quam Episcopi offerebant,  
pecuniâ, in illorum sese ditiones effundit, Bambergamque ac Schweinfurtum oc-  
cupat, cetera per Franconiam longè latèque vastitate, ingenti pecuniarum vi  
coasta, & cæsis etiam, quas Rex Ferdinandus submiserat, copiis. Unde imperii  
Principes quotquot ipius vim formidabant, federatum ex mandato Cæsaris mi-  
litem colligunt, quibus Mauritium Saxonem, & post hunc Henricum Brunfuri-  
ensem præficiunt. Et ille quidem collectas copias Noribergensibus Franconi-  
busque subsidio destinat. Hic Mansfeldico, alioque freru milite, Philippum ma-  
gnum filium eidem præfecit, ut inferioris Saxoniæ partes, Alberto in primis fa-  
ventes, contineret.

**XCIII.** Cùmque Franconiæ inhæreret Albertus, in Francicum Waldecanum Mona-  
steriensem aliorumque locorum Episcopum (sua quondam, cum Landgravio  
Hassix captivitatis autorem, & sub Catholici Episcopi titulo cum imperiosâ  
concubinâ, qua domi forisque omnia regeret, parvum sancte versanté) exercitum  
duxit, magnisque tres illius Episcopatus, Monasteriensem, Osnabrugensem &  
Mindensem cladibus, atque ingenti ære multavit: donec infelix pros fugusque &  
ubique ingratus suis Antistes Wolbecæ, patrio in solo idibus Julii extinctus est,  
ad salutarem, ut credibile, penitentiam hac calamitate revocatus. Posthac, cum  
Brunfuriensis miles in Franconiam sociis opitulatumisset; Albertus contrâ infe-  
riori sese infundit Saxoniæ, Halberstadium, occupatis portis, redimere excidium  
magno ære cogit, auctusque Erici Gotingæ Principis, aliarumque istic urbium,  
ut Brunfuri, Hamburgi, Bremæ Mindæque copiis, ingentia passim damna intu-  
lit. Donec Mauritius, Henricusque coniunctis in agro Hildesieni copiis sese ei-  
dem opposuere, ut in Saxoniæ ulteriore cogitanti viam præcluderent. Jam  
enim Visurgim trajecerat, nihil hostem veritus, quem contractis nondum fede-  
ratorum viribus facilius primo calore frangendum sperabat.

**XCIV.** Quanquam & Albertus impetu, quam ratione felicior, moram pugnandi non  
ferret, tantò Mauritio infestior, quanto majori antea familiaritate consueverat,  
ut non raro amicitia lessit furor. Et plerumque apud hunc Ducem consilia erant  
parum sobria, ut qui prandium multo vino diluere solitus, ultimum ferè diem te-  
mulentus exigebat. Ita, cùm in præsentia suos milites liberali haustu ad pugnam  
excitasset, contra Mauritium progressus, eum, siquid animi superesset, prodire in  
aciem cum suis iussit: quâ denuntiatione Mauritius ejusque miles irritatus, quâ-  
vis propediem Philippi Landgraviæ aliorumque copiis augendus, hominis arro-  
gantium non tulit; sed Julii die IX, evocatum distributumque per ordines ex ex-  
circum

citum suribundo objecit Principi. Non in pugnam utriusque partis copiae, sed lanienam educte videbantur, ita collisis ad primum concursum ordinibus permisisti, in se invicem plumbo ferroque deserviebant, postquam majoribus in utramque partem tormentis detonuerint. Victoria primùm anceps ad Mauritium denique inflecti cœpit, quam dum ardentiū instando fugientibus, prosequitur, secundum ilia glande trajectus, sua post biduum morte conclusit, ultimumque in vita solatum hominis fuit, morientem vicile. Peditum hostilium vexilla quatuor & quinquaginta, equitum quatuordecim (quanquam alii his addant) obligata etiamnum spiranti ferunt; qui datis ad Herbipolensem literis languida adhuc commouuit manu; providerent, ne de cassibus elaberetur impunè fera. Ita post XXXII vitæ annum, Fribergi Misniae oppido, juxta Henricum Patrem, filiolumque Albertum sepultus, Augusto fratri successori, nequicquam obniente Joanne Friderico, Electoratu reliquit. Cæsari, ut non ingrata victoria, ita nec septemviri mors fuit, quod hostem an amicum perdidisset in ambiguo esset. Recens exortæ ab hoc capite rebellionis memoria, atque etiamnum agitata cum Francis hostibus nova secessionis consilia, omni Cæsarem dolore mortis liberabant. Alberto rursum, & casus adversarii, & proprium effugium pro solatio fuit, quale etiam Prædonis solet esse, cum sub patibulo elapsus est. Sed non deseruit fugientem, quantumvis pede clando, poena. Henricus Brunsicensis, Carolo & Philippo filiis in hac pugna (neque enim Mauritianis incruenta hæc fuerat) orbatus, imperio federatorum præfectus est. Quod illius nondam Draconis caput attritum videbant, quod vindictæ cupiditate inflammatum, atrocia etiamnum minaretur, Catholicis præsentim, quorum Dux Henricus, solâ fidei constantia, & Alberti, & vicinorum in se Principum, urbiumque, ac propriæ etiam nobilitatis furorema concitabat. Quæ & præcipua causa fuit, cur Augustus post Mauritium Saxoniam Elector cum Alberto pacisci, quam cum Henrico militare adversus illum maluerit. Et Albertus futurum sperabat, ut Protestantibus à federe Catholicorum avulsis, hi denique ad faciliorem sibi ruinam patarent. Unde & Noribergensis acerbis literis criminatus est, quod perfidiosis Bambergæ Herbipolisque, contra se, Episcopis adhærescerent, quos ipse eversione ultima perditum cupiebat.

Cæsar, &  
victoria,  
& morte  
Mauritii,  
de nova  
prodicio  
ne suspe-  
cti, dele-  
ctus  
est.

Sed hi vicissim inaudita crudelitatis exempla, in ditionis suæ oppida Alstorum Laufurumque edita, immannissimo Prædoni exprobabant, quibus postquam, præter incolas, homines ex agris cum liberis pecoribusque profugos inclusisset, hos igne diversis locis, ac præcipue ad portas ne qui evaderent, ingestos, miserabilis omnes incendio consumperit, spectaculoque tali delectatus sit, quod nec in extrema barbarie sit compertum. Et sciebat Henricus nihil in se suosque mitius designaturum, nisi vim furenti opponeret. Herrebat Albertus Brunsuisci urbe sibi religionis studio amica, & Henrico aversa. Unde collectis iam è fuga reliquiis novisque, ex ære raptim parto collectis, tanquam ex silva Leo novis rursum prædis inhibebat: verum ut primum in apertum se campum extulit, suos illi Henricus idibus Septembris objecit, numeroque ac virtute superatum ad caveam suam Brunsicensem rejecit. At indomitus hominis animus, tam ad ferendam, quam

XCV.  
Crudeli-  
tatis Al-  
bertinæ  
immanc  
exem-  
plum.

Ab Hen-  
rico tur-  
rum præ-  
lio vi-  
etus, fu-  
git,

1533.

inferendam cladem promptus, emollii calamitate nulla ad pacem; quam cum Cæsare plerique suadebant, potuit. Quare cum ab Henrico obsidendum se in urbe intelligeret, collecto, qui supererat milite, amicorumque implorata ope, qui Catholicorum odio magis, quam illius amore jungebantur, ad Turingiam se rursum vertit, benevoleque Vinariæ à Joanne Friderico Saxone V Octobris exceptus est, tanquam primum Ecclesiæ Lutheranæ fulmen, quo suam religionem cum totius Germaniæ incendio illustrarunt: ut Friderico dignus visus sit, cui suū favorem impenderet. Adeò diversis mortales votis circumferimur, ut quem coronâ alius, rotâ dignum alius existimet. Quare Henricus Brunsvico, quam obserderat urbem, relicto, ne succrescentibus Dracis alis, rursum invalesceret, consesus viâ eadem, Saxonem, fotti hostis conscientia, profugisse comperit, Gothæq; arcis salutem credidisse, ac vix à devestatione militem continuit, Augusto tamen intercedente, aliquo se passus est ære deliniri, injuriarumque memoriam habere maluit, quam vindictam. Dispar longè Alberti ingenium, qui cum Franconiam subiisset, ac Bambergam hostili obsidione liberasset, excurrit deinde Hofium, siæ ditionis oppidum, à federatis per Ferdinandi Regis Ducem Comitem Plavium occupatum; ubi, cum securum extraque oppidum vagantem comperisset militem, atque intra mœnia repelleret, ipse simul consecutus, subiit, ad quem cùm oppidanis, sui Ducis præsentia læti, concurrissent, ipse immisso plerosque milite trucidavit. Ut in amico se denique Principe reperisse animadverterent hostem, omni tigride atrociorem, quæ in proprios savyre catulos nunquam est comperta.

**Alberti erudelias in propriis subditos.**

**XCVI.** Interea Henricus ad castra sociorum Lichtenfelsum Bambergiæ ditionis obſidenzia 7 Novemb. accessit, quo obtento Colembachium, Hofium, Biruthumque occupata, ac muris nudata sunt. Et Colembachio quidem ipsæ incola succenso, in Blasseburgum fortissimum regionis munimentum se receperunt; sed hostis, minor in urbem incolis, flamas restinxit, ac Blasseburgum obsedit. Unde Henricus aliquot copiis auctior Schweinfurtum aggressus est, sexta Decembris die, quando iam ipsis Calendis solenni cæremonia Albertus Cameræ imperialis iudicis sententiâ proscriptus est, fortunisque omnibus spoliatus, tanquam quietis publicæ & Imperii perturbator fuit. A quâ dum ad Cæsarem frustra appellat, negantem æquitati se repugnare posse, Cameræque etiam Judices, ut corruptos, Noribergicosque, ut corruptores nequicquam calumniatus esset, ultimaque sequenti anno Kitzingi ad Moenum clade multatus, & iteratis proscriptionis à Cæsare literis fulminatus, in Galliam exul, tanquam fera spelæis suis interclusa se recepit. Ubii is, qui Germaniæ sibi, inter Protestantes, regnum haud multò ante jactabundus desponderat, tanquam in caveam receptus Leo (neque enim deserteri suo Galli fidebant), ad novum aliquod in arena Martia spectaculum servabatur, quod utique homo ferox animo, varius ingenio, robustusque corpore, atque ætate florens editurus fuisset, nisi prematuro fato post biennium inops destitutusque, atque, ircredibile, scelerum conscientia ceu toxicæ inter viscera suscepitur. Pro excruciatu, annos 34 natus expirasset, insignis cum Mauritio documenta

**In Gallia parum acceptus nonnulli post in flore etatis moritur.**

specimen. Persidiam raro diu inultam floruisse. Relictam illius in Germania hereditatis fortis ex agnatis Georgius Fridericus Brandenburgicus Cæsar benevolentia adiit, tanquam sola morte flagitia Albertus expiasset.

Res Caroli Ducis Sabaudi viri simplicis parumque bellicosi in Pedemontana regione per Gallorum magis magisque invalescentium frequentem irruptionem valde accisa erant, quando is denique Cal. Septembris vitam Deo, Emmanueli Philiberto filio bellico prudentique juveni in castris Belgicis Cæsari, rara laude ac felicitate, militanti regionem suam reliquit, qui deum conciliata pace, ac Galliæ Rege, cum eo affinitatem Margaritam forore ducta contraxit, majorumque possessionibus restitutus est. Tam primum Superis est, ex hoste amicum, ex infelice fortunatum reddere. Neque in uno id solum homine, sed regno Anglorum integro factum hæc artas admirata est.

Ut polypum ex locorum quibus adhærescit, natura colorem mutare assertant, sic Anglorum gens antiquitate orthodoxæ religionis, aliisque pretatis nominibus olim commendata, intra quinque & viginti annorum circulum, ex diverso regentum, quibus stultissimo obsequio adhæsit, ingenio, quater fidem religiōneque, ceterumtioriam convertit vestem, ex Catholica sub Henrico uxorio schismatica, sub Eduardo puerò Zwingiana, sub Maria rursum Catholica, sub Elizabetha Calvinistica effecta est, eundemque cum regentum affectu, incredibili levitate colorem induit, semper tamen professa, ipsam Verbi Dei veritatem se consestari. Quia in re ter minimum mendaci, quis etiamnū sentiat credi posse? Hoc igitur tempore, cum Eduardo defuncto & Julii Maria ex legitimo thalamo foror juxta Patris testamentum succederet Westmonasterii Cal. Octobris corona, post Dudleyum Northumbriæ Ducem, perfide obnoxum, plexumque, se prudens feminis caput Ecclesiæ negavit, pristinæque in Anglia reducendæ fidei curam sumpliit. Adeò feliciter, ut Romano rursum Pontifici tandem regnum obedientia juratâ addixerit.

Cum vero Reginæ maritus quereretur, nemo vel illi, vel multis è regno, magis Philippo Hispaniarum Principe, modo legibus se adstringi certis pateretur, idoneus visus est: quod consilium, cum magnopere Carolo Imperatori probatur, ut quo non minus firmari illic fides, quam validissima, & Belgas inter Hispanosque media gens, Austriacæ per hoc familie adversus potentiam Gallicam sociari posset. Unde nequid turbarum Hentictus Rex Galliarum daret, & tum Philippos in Anglia stabiliti, tum res Germaniae adhuc motu Protestantium inquietæ, nec plena satis pace firmatae, componi magis possent. Cæsar pacis aut induciarum avidus, bellis remedium querebat, & Cardinalis quidem Polus à Reginâ Anglorum postulatus, à Julio vero Pontifice pacis gratiâ, ad Henricum Cæarem, ut destinatus est. Nec principio uterque aversari visus, sed qua cause ad hanc impellebant Cæarem, eadem Henricum retardabant. Unde cum inducias saltem ille optaret, hic abnueret, pacemque, nisi ingenti suo commodo, recusaret, nihil impetratum est. Procerum vero Anglicorum, iisdem nuptiis obstantium, arma in Reginam versa, Londinensi populo hanc protegente, infelicem

1553.  
XCVII.  
Carolus  
Sabaudia  
dædux,  
pl. isq,  
a Gallo  
posse-  
sionibus  
exclus  
initor,  
Phil ber-  
to filio  
glorioso  
successo.  
re reliquo.

Natal. L.  
6 & 7.  
Thuan. l.  
12. & 13.  
Sander.  
de sebis.  
lib. 2.  
XCVIII.  
Anglo-  
gentis in  
religio-  
nis mu-  
tatione  
incon-  
stantia.  
Maria  
Catholi-  
cam fidé  
rursum  
periuas-  
der.

XCIX.  
Regina  
Philippos  
Caroli  
filius de-  
sponsa-  
tus.



cum multorum captivitate ac morte habuerunt exitum, quando ipse Northumbriæ Dux rebellionis autor, cum Joanna Suffolcia quam Reginam, quod Regi esset sanguinis, proclamarat, suoque desponderat filio, anno 1554 die Febr. XII capitii supplicio ambitionem intercepti luerunt,

**C.** Hac ille tamen gloria mortem ornayit, quod hæresim, quam vivus coluerat, moriens abjurariit, peritus forsan, nî sic periisset. Joanna vero 17 annorum virgo, hæreticorum disciplinis instructa, quibus curæ est, ut linguam, quam mentem cultorem gerant, græcis latinisque erudita literis, suo in errore obstinata obiit. Patremque Ducem ac plures alios secum in exitium astraxit, qui bello parum glorioso contra feminam pro femina regnaturam suscepto, ipsi feminæ ignominiose succubuerunt. Soror quoque Reginæ Elisabetha conjurationis ejusdem accusata, honesto carceri tradita est, in quo simulato Catholice religionis cultu, ne gravius offendetur, usque ad sororis post quinquennium mortem, duravit, hinc ad solium & hæresis restitucionem transitura, atque in Theatro hoc Anglicano humanæ instabilitatis noyas orbi datura tragœdias. Reliquorum suffragia Hispani nuptiis accesserunt; siquidem habitu Aprili mense ordinum Angliae cōventu, cum duo fuissent per Reginam proposita. Primum de matrimonio cum Philippo celebrando, quod se non tam amore nuptiarum, quibus haec tenus labens cartuerit, quam patriæ, cui heredes desideret, ambire testata est: alterum erat, ut ad pristinam universalis Ecclesiæ dignitatem, obedientiâ Romano Pontifici præstite reduceretur postliminio Anglia. Et huic quidem à Proceribus Ecclesiasticorum præcipue bonorum possessoribus id temporis reclamatum est, visumque Reginæ in opportunius id tempus, & Cardinalis Poli præsentiam diffrendum. Prius tamen artis legibus admissum est, ut Carolum Imper. nonnulli admissurum vix crederent, alii etiam recusaturum sperarent.

**CI.** Etenim decretum, ut nullus Anglorum in regno, nisi Anglus natus ad munus publicum dignitatemq; adiutti posset. 2. Ne Reginæ ex Anglia, nisi ipsa rogante abduceretur, neeverit, ex illius matrimonio suscipienda, nisi probantibus ex necessitate ac legitima causa Anglis, è regno discederent. 3. Nihil in publicis privatisque juribus, privilegiis ac consuetudinibus regni immutetur. 4. Nihil hujus connubij ratione federi inter Anglos Gallosve factò derogetur. 5. Si Reginæ prior sine liberis vita decebat, nullum Philippo ius in regnum maneat; sed intactum Anglis relinquatur. Sin Philippum mors præripiat, Mariae superstiti dotis nomine quot annis LX nummum millia numerentur. Haec conditiones, quamvis difficiles, à Cæsare tamen ac Philippo admissæ fuerunt, quod sperarent conciliatis nuptiis facile Anglos ad mitiora inflectendos, ut & deinde compertum est.

Lamoralis igitur Egmondii Comes è Belgio Philippi nomine profectus illius in desponsatione Mariæ vices obiit, ac de more Principum armatus concubuit, donec Philippus Princeps 80 triremium, & 40 oneriarum navium classe Hamptonum Angliae portum 19 Junii teneret. Unde quinto post die Wintoniam, post cimelia muliebria, centum ducatorum millibus estimata, per Legatum premissa, ipse ad Reginam est consecutus. Ubi cum diplomate Cæsar publicè eidem Regis Neapolitani titulum consignasset, ne inferioris ad Reginam dignitatis accede-

1554  
Anglis  
siederet,  
displicer.

cederet 25 Julii, ipso S. Jacobi Hispaniarum Patroni die, per Episcopum loci so-  
lennibus Anglorum cæmoniis sunt copulati. Absolutoque sacrificio procla-  
matum à Legatis triplici lingua, Anglica, Francica, ac Latina connubium, &  
conjugibus panis nauticus cum vino Hippocratio præbitus, ex quo omnes ordine  
Proceres hausere. Placuit Anglis Philippus, quod plerosque à se Hispanorum ut  
Belgium alegasset, publicumque ministerium ab Anglicis Reginæ ministris ad-  
mitteret; sed quod tecto Hispanicorum Regum more Principes exciperet di-  
mitteretque, hoc indignantibus ad hunc fastum animis, ut Germanorun in puer,  
ita & nunc Anglorum gratiam detravit. Cum æquum eis videretur, ut qui aliis  
nationibus, pro familiari consuetudine, linguam, mores quoque aptare cona-  
tur, quod sine invidia ac labore posset. Nec sancè Ordines, à Reginæ se exorare  
passi sunt, ut regiā Philippum Anglorum coronā insignirent, ne cum suo unius  
capite regni fortuna rursum nutaret. Sed nec Deus, nec regni felicitas hæc sivit  
impetrari.

Reginaldus Polus postulatus à Reginæ, & missus à Pontifice Legatus, Dilin-  
gæ in Germania hærebat, detentus à Cæsare, ne quid turbarum præsens nuptiis  
daret, tum religionis studio, ante has firmatas periculoso, tum rivali amore, cùm  
ipse nondum Sacerdos, & regii sanguinis Princeps, à quibusdam his ante alios  
nuptiis, tanquam indigena, propositus fuisset. Sed cui deinde post reconciliatam  
ipsius opera Anglicanam cum Romana Ecclesiam, meliori sorte quam sterilis  
Reginæ thalamo Cantuariensis Archiepiscopatus delatus est, impio machina-  
tore divortii Henrici & Catharinæ Cranmero, ab illa sede ad carceres, atque  
hinc ad ignes, sine pœnitentiâ scelerum abstractio ne infelix tanti regni, fideique  
divinæ proditor, temporalib⁹ flammis stiam vivus pœnam absolveret.

Alternata in Belgio inter Cæsarem ac Henricum bellifortunam, superiori  
anno, meminimus, & par ferè hujus ac subsequentis anni fors, nunc in Gallos,  
nunc in Belgas rursum inclinata. Prævertit diligentia ac vigore Henricus Cæsa-  
rem, & Anglicis intentum rebus, & morbo fractū. Cujus etiam negligētiā spes  
& Resp. Philippo jam nixa, cui Anglia non leve robur adderet, fovebat. Henri-  
cus igitur copioso milite auroq; tempestivè instructus, more Gallorum, qui in ce-  
leritate plerumque sortem aucupantur, Mariæburgum, à Maria, sorore Cæsaris  
gubernatrice Belgii, munitissimo excitatum, opera aggreditur, ac XVI Cal. Julii  
Martignio Rissarti Domino loci Praefecto largitione corrupto obtinet. Gallis  
tam cupidè oppidum subeuntibus, quam proditorem aversantibus, quem fames  
& egestas, hoc empta auro, inter Gallos denique consumpsit. Hinc Orchimon-  
tem Villarium, Boviniam, Dionantium, ac Mariæmontium, Deliciis Reginæ con-  
ditum, invadunt, exscinduntque, ac miserabili passim, qua Cæsareis iter esse pos-  
set, vastitate omnia complent: donec Valenceras inter ac Quesnoum hærentes  
Cæsareus denique sub Sabaudo Duce avertit exercitus, non sine clade in Fran-  
cicum equitatum illatā. Rex igitur relegens iter, ut in Hannonia, sic in Atrebati-  
bus incendio cuncta vastat, fugitque demum ad Rentiacam arcem castra, quam  
dum oppugnat, Belgarum exercitus, unà cum ipso adevit Cæsare, ubi cum instru-

CII.  
Reginald  
di Poli  
opera su  
des po  
tissimum  
ia An  
gliam  
re ducta,

Pont.  
Heut. l. 13  
Belg. l. 16  
CII.  
Gallia  
bello  
præver-  
tunt Bel-  
gas, qui  
mutuis  
in agri-  
colas  
cladibus  
tantum  
faviunt,

Eta utrumque acie pro colle obtinendo certatur, Cæsarei tam insidiis Gallorum sub colle positis, quam potiori illorum ad collis propugnationem milite, in Swartzenburgica Nassavicaq; Legione haud contemnendam cladem accipiunt. Die tamen inclinata, milites utrumque in castra recipiuntur, & Nassavicae legionis vexillis Rex honoratur, campo tamen relicto, in Franciam revertit, ex auctoratis que Augusti mensis fine Helvetiis, ceteros in præsidia dimisit. Tum verò Sabaudus transmisso Somona flumine, qui à Picardia Atrebates separat, ut parem Gallis vastitatem rependeret, capit incenditque Dampterram, Durium, Machium, Mentenaum, Fanum Riquerii, aliaque in comitatu Fani D. Pauli loca destruit, ac denique Hesdinum, adversus Monstreuliorum ac Dorlanorum, eis quibus supra dixi munimentis erigit, ac dimissis Decembri mense Germanorum legionibus, reliquis hibernam quietem concedit. Exiguo utriusque bellantium partis emolumento, quod in sibditorum excidio ac vastitate potissimum collocabant, ut si felicitas cuiusque in alterius infelicitate (quod Dæmonis potius, quam hominis regnum est) confisteret.

**CIV.**  
Gallis,  
dum in  
Senis fir-  
mare re-  
gnum  
volunt,  
Cosmus  
Floren-  
tia Dux  
obsistit.  
  
Senarum  
imperiū,  
Gallis e  
jectus,  
Cæsareis  
occupa  
tum.  
  
An. 1555

In Italia quoque & Subalpina regione, vario marte certatum est, pro Senarū præcipue ditione Herculisq; portu è manibus Gallorum illic sedem meditatum extorquenda. Petrum illis Strozzam Florentinæ nobilitatis virum, juratum Mediceis hostem, qui Patrem ejus occiderant, eo consilio Henricus præfecerat, ne Gallici Senenses Ducis tæderet, Florentiazq; Duci Cosmo, tantò acris resiste-rent; sed ea res Cosmum a prioribus ad hoc bellum stimulis concitatayit, ut vires impensasq; omnes in hoc bellum converterit. Lechoq; à Cæsare copiarum Duce Medicino Marchione Mariniano, qui Mediceæ se familiae ut nomine, sic sanguine affinem venditabat, cum Joannes Luna ex Insubribus, Madritius è Neapolitanis copias junxit, Moncarolum & Moncatinum Senensisbus eripuit, ac subinde ipsi admovit Senarum urbi militem. Quod Strozza austus ex Massilia peditum milibus nec impar hosti minimè ferendum ratus, primò quidem munitione Chamoliz jam occupata eos dejicere conatus est. Quo consilio, non sine suorum jactura frustratus, ad hostem avocandum, Marianum, Olivetum, Foianum aliaq; quædam loca invadit; ut Marinianus paucis in præsidio relictis hunc illius successum intervertere, apertoq; sum eo marte decernere statuerit, eo demum eventu, ut gemino afflictum prælio, ad Chianam vallem postridie Cal. Augusti, ad Marianum deinde, tertio Nonarum, cum jactura 6 millium, ceciderit, ipse Iasius Lucignanum cum paucis eyaserit. Unde ad captam obsidionem jecit, Marinianus redux arctissimè illam cinxit, fame citius, quam ferro expugnandam rursum à arbitratus; quod Monlucius, præclarus in urbe Gallorum Dux, priùs experiri ul- Cæsareis tima, quam se urbemq; dedere constituisse, ideoq; imbellem turbam, ne alimen-ta fortium consumeret, urbe expulit. Quæ, cum neq; à Mariniano recipieretur, miserabili ante fossas urbis spectaculo consumpta est. Adversus vim ita Monlucius providerat, ut ubi prostratis ab hoste muris pateret aditus, ingentibus hic rursum in urbe fossis vallisq; præcluderetur. Sperabatur ex Gallia subsidium, cum jam exacta hieme in alterum annum obsidio duceretur, quod cum suaderet Gui-

Quisius, & mulus ipsius Monmorantius, ejusque fautrix Diana Pictaviensis, quæ omnia apud Regem poterat, sublidiis Pedemontanis Strozza promptis, ac metu instantis Turcæ disjiciendum facilè persuaserunt. Sed hac exspectatione falsi, cùm jam urbs ad obscenos cibos, & desperationem recidisset, X Cal. Maii Mariniano Cæsar Legato cessit, ea exceptione, ne Cæsar arcem in urbe citra ejus consensum excitaret, milite tamen pro arbitratu muniret, senatumque consti-  
tueret. Unde duo Hispanorum millia, excedentibus Francis, in urbem accepta sunt. Marinianus cum reliquis ad portum Herculis, quo se receperat Strozza progreslus, cùm hic titulo subdidi adducendi cautè se subduxisset, tertiam inva-  
sione locus cum præsidariis in potestate venit. Unde residua Cæsareis oppida patuere, totius verò Provinciæ admin stratio Cardinali Franciso Mendozæ commissa est, Marinianus à Cosmo Duce, cuius impensis hoc in primis bellum stetit, egregiè muneratus est. Dux quoque ad æternam optati successus memo-  
riam Equitum ordinem S. Stephani Pontificis, ac Martyris urbis Florentinæ Pa- Ordo  
tronij instituit, quod Martiana clades in 4 Nonas Augusti sacrum ejus diem in- militaris  
cidisset. Hic à Pio IV non multò post approbatus, pro insigni rubram Crucem equitum  
gerit aurea prætexta ornatam, viiuntque ex præscripto regulæ D. Benedicti;  
quamvis à matrimonio non excludantur. Templum illis domiciliumque Pisii Floren-  
cum amplissimi vestigalibus Cosimus attribuit, qui cum successoribus Florenti-  
nis Ducibus magnus Ordinis Magister est constitutus, majoribus deinde incre-  
mentis privilegiisque honorati.

Secus aliquantò res Cæsaris apud Insubres processere. Ferdinandus enim Gonzaga Prærex ad Cæsarem purgandi sui causa, diluendisque amulorum ca- Apud In-  
lumnus (quod frequens aulicorum Procerum certamen est) profectus, Brisacco subres  
Gallorum in Pedemonte Præfecto Bugiellæ & Fani D. Jacobi Casalis, aliorum Ferdinandi Gon-  
que locorum expugnandorum animum injecit. Et quamvis Gonzaga se purga- zaga à  
rit Cæsari, nec line honore magno & muneratione officii naviter fidèque præsti- Cæsare  
ti recesserit, tamen, quia à morte Aloysii Farnesi, meru insidiarum perpetuo, evocato,  
veris in omnem partem oculis, tanquam ad sicarios immisso trepidaret, Ferdinandus Toletanus Albæ Dux in ejus locum suffectus est. Is, coacto exercitu, Vul- res parū.  
pianum à Francis obfessum liberavit; sed dimisso inconsultè rursus milite, Hispanis secundæ.  
obfisionem repetentibus temere permisit, qui tamen, hoc diruto, Taurini posse-  
fitione acquirevere, unita deinde vi futuri fortiores. Nec præter Molcalylum ab iis-  
dem occupatum, quicquam memorabile aëtum: nisi quod Hispanæ Galliæ & que Privato  
gentis amulatione, quaterni inter se pro gloria congressi sint: ex Hispanis Mar- cer ami-  
nio Piscarius Malespina, Franciscus Caraffa, & Alabus, ex Gallis Nemursius n. v. eto.  
cum Piscario pari marte pugnarit, Moncalius Caraffam hastâ transverbærat, spani-  
Vasæus & Bolerius ab amulis cæsi sint, relictæ penes Hispanos victoriæ.

Quo tempore Cal. Aprilis Roma Julius III Pontifex mortalia reliquit, cœpto in vita  
regimine quam absoluto illustrior, ut ferè in apice constitutos aliquā rapi verti- Pont. Pa-  
gine pronum est. Difficilis res est oblatis non frui divitiis, & se suosque inter ho- lau in  
nores impensiū non amare. Velle tum imprimis vivere est visus cùm desinen- Trid. I. 13.  
dum Ep. 14.

**CVI.** dum esset, horto ad raram amoenitatem instructo. Podagrā tamen acerbos cruciatus, quos abstinentiā nūniā, vīctusque ratione mutatā avertere conatus est, moriendo sustulit; locumque fecit Marcello Cervino laudatissimo Cardinali, à Cæsare, quamvis in Concilio Tridentino sibi quondam contrario, tamen probato; quod virtutis apud illum esset quām injuriarum estimatio potior, cūm illum & morum integritas & doctrina plurimū commendarent. Electus Mantuano Cardinali significabat; dolere se ob neglectam Ecclesiæ reformationem, & haud immeritò Cæsarem Germanosque morum reformationem in Ecclesia ursisse, atque ē re etiam Romanorum Pontificum id fuisse futurum (qui se in primis peti existimassent) si vanis sumptuosisque sublatis, autoritati tanti munieris necessaria solū perstitissent. Unde illi in primis admoturus manū, hæresique per Germaniam sanandæ videbatur; ideoque Imperatoris Regisq; Galliæ Oratores serio monuit, de pace concilianda providerent; quām si per Legatos abundè non posset, suā se præsentia sua surum afferuit. Qua sinceri animi destinatione, cum aliis exspectationem, aliis timorem ingereret, mors pridie Cal. Maii, 22 electionis die, tam præclaras cogitationes rescidit, alteriq; Neapolitano Joanni Petro Caraffæ ipso Ascensionis Dominicæ die, X ante Cal. Junii locum fecit. Qui quod Adriano ac Marcello suæ etatis Pontificibus ominosum vidisset, non mutare, ex præsca consuetudine, nomen (quo abjecto, sanguinis gentisq; suæ curam depone-re viderentur) Pauli IV appellatione delestatus est: quanquam aliud esse gentis suæ nomen, quām curam deserere, vel ipso teste constiterit, licet ad severitatem virtutis ex ase formatus esset; cūm facilius sit morbi alicuius vitium agnoscere, quām curare. Adrianus, Marcellusq; etiam non mutato nomine, consanguineorum in tali dignitate affluentium, curam serio abjurasse visi sint: ut longè aliud experiamur esse, verbo præfiteri, & actione prosequi. Ceterū probitatem zelumq; Caraffæ, Archiepiscopi etiamnum Theatini, abundè declarat, ordo Clericorum regularium ad propriæ vitæ normam ab eodem institutorum, qui Theatinorum nōmen ab illo ducunt. Affectum verò familiæ prodit, occultum cum Henrico Galliarum Rege conflatum fedus, ad regnum Neapolitanum Cæsari Philippoq; eripiendum Regi, ad suæ familiæ quam ab Hispanis premi sentiebat, elevationem. Unde bellum, ut mox constabit, Italiz, in primisq; Romanis ditibibus, funestum extitit, parumq; suo autori gloriosum.

**CVII.** In Germania superato exactoq; per Henricum Brunsvicensem federatorum Ducem Alberto, in fautores ejusdem Mecklenburgum, Lunæburgicum, Anhaltinum, Mansfeldium, Rotenburgum, Hennenbergum, atq; Oldenburghum, arma vertit, & vastatione pecuniaque multatos docuit, rebellionis pœnas in sua deniq; incensorum capita recidere. Quare hoc veluti Martii sideris evolutione transacta, pax denique interventu Principum post ostenalem Germaniæ tempestate in serenior affulxit. Quanquam Henricus tam strenuus fidei Catholicæ propugnator, coactus videre sit, Julium filium ex Canonicō Coloniensi ad hæresin degenerasse: ex quo tota deniq; regio labem traxit. Ferdinandus Rex illâ Germaniæ quiescentis malaciâ, suadente ex Belgio Cæsare, ad stabiliendam magis

gis pacem juxta Passaviense decretum, Comitia Ulmæ primū, sed irrito co-  
natū, deinde Augustæ mandato Cæsarī ad ordines missō indixit, quæ à Nonis  
Februarii anni 55 cœpta, ob Principum cunctationem, in VII Calendas Octobris  
producta fuere.

In his Ferdinandus Cæsarī, cuius ipse obibat partes, studium, tam pro concilianda religione, quam firmanda per Germaniam pace ostendebat, hortabaturque Principes, ad idoneam viam rationemque obtainenda demum tranquillitatis proferebantur. Religionis dissidiis, ex quibus omnia pendeant, componendis, quatuor Passavij modos excogitatos fuisse, ut videlicet, aut œcuménico id fieret concilio, aut nationali, aut colloquio Doctorum ad hoc instituto, aut imperij denique comitiis. Generalem Tridenti Synodum, bis cœptam, totiesque sine absolutione controversiarum disjectam, rursum urgendam videri, cum nationali cetera minime nationes acquieturæ sint, quod communia fidei capitæ communis orbis judicio probandasint. Oœcuménica igitur illud Synodo experiendum rursum videriz ne fortissima Germanorum natio hactenus & secum, & cum exteris, in accepta & Majoribus religione constans, omni barbarie turpis dissideat, cum nunc repente velut quodam dementata philtro, in diversas non ab avis solū atavisque, sed & sua gentis pugnantes inter se sectas discesserit. Vnde studia divisa, pax turbata, Turca undique vicinique hostes provocati, proxima queque Germania munimenta occupent, ipsam denique seditionibus fractam exhaustamque facile in miseram servitutem abstracturi. Non posse nisi à discordanterum Magistro, tantam divisionem repugnantiamque oriri. Nullam bucusque intentatam à Cæsare viam esse relictam; sed irrita cecidisse omnia, per instituta quandoque colloquia nonnihil ad concordiam promotum fuisse, quibus si iterum, absque partium affectu, per idoneos homines experiri lubeat, hic se minime defuturum.

De pace quoque Passaviensis Comitijs legibus non satis consultum videri, ut infelici interea multorum rebellione compertum sit; tum quod seditiones ejusmodi statuant ante cito-  
dos audiendosque in iudicio, quā manifesto licet criminē, proscribendos: tum quod finitimi-  
vum passis, ut constitutum, non subveniant: unde tempus patrumque rebelles nati, gravia  
superioribus annis damnū imperio dederint, quibus fas sit legibus sanctioribus mederi. De iudicio igitur rectius formando, ut & de tributis, de moneta, aliisque ad politiam spectanti-  
bus omnium consilio atque ope providendum.

Postulaverat Ferdinandus à Julio Pontifice Romā legatum, qui adesset, pro-  
videretque coram, ne quid adversus orthodoxæ fidei regulas Apostolicæque se-  
dis dignitatem statueretur, cui rei Truccesi etiam Augustanæ sedis Episcopus  
& Cardinalis advigilat. Misericordia igitur ad hanc rem Julius Cardinalem Moro-  
num, quem vix Augustam tenentem Pontificis mors Romanam ad electionem no-  
vam, quā primum Marcellus deinde Paulus IV prodiit, cum Truccesio revoca-  
vit, in quorum tantisper locum Aloysius Lippomanus Veronensis Antistes in  
Poloniā abiturus subiit, oblatoque libello ostendit, quæstiones fidei ad tribu-  
nal Ecclesiæ Apostolicæque sedis spectare. Sed frustra surdis hæc cantilena, cùm  
quantunvis Ferdinandus id cuperet, Protestantes hunc recusarent judicem, quæ  
ipsi reum defectionis à fide arguerent: deinde valido adeò obsisterent numero, ut  
Catholico Regi providendum, ne tanquam exundante per tempestatem flumine

CIX.

Palav. in

Tid.

conc. I. 13

Sur. in

comm.

Pontifex

legatum

ad comi-

tia desti-

nat, ne

quid in-

juriorum

religionis

confi-

tuatur.

1555.

Germanorum reliqui eodem impetu abriperentur. Habebat Rex secum Petrum Canisum Societatis Jesu ex nobili Agrippinatum Universitate Theologum, cuius opera Christianæ vitæ institutiones Catechismo propositæ, ab Austriacis superiori anno admissæ fuerant.

**CX.** Quanquam illi præfervidè ungerent communionem sacram sub utraque specie, ut si talis etiam pro Laicis in cœna ultima (ubi soli aderant Sacerdotes) instituta fuisset, quos tantum in Apostolicis Actis fractione panis communicantes, vetus Ecclesia observavit, & cum nihil incommodi existeret, est imitata. Negabat hanc Romana Ecclesia, quod errorem hoc desiderio obtegi crederet, qualis Christus non totus, nec vivus sub utraque specie præberetur, ut quid enim utramque speciem quæras, si sub alterutra Christus integer capiatur? videbarur igitur hoc postulatum esse, quo obtento, ad ulteriorem alienamque à fide libertatem adspirationem. Et sanè Protestantes in his comitiis petere ausi sunt, ut liber Caroli Interim toto imperio admitteretur: tūm vero qui Augustana Confessioni harrere mallerent, eis hæc religio libera atque inconcussa staret. Hos illis animos Christianorum Principum dissidia, & prompta etiam ab iisdem si poscerent, auxilia subministrabant, ut majorem hujus ævi fides, quam à fidelibus cladem non acceperit, seu otiosè spectantibus, seu temere etiam patrocinantibus. Prior Novantium postulatione, quā sanctibus adhuc Catholicis insidiabantur, ut Ecclesia, ejusq; Conciliis repugnans, divinoq; cultui injuriosa, scripto etiam typis vulgato, est confutata. In posteriori, quam omnino Protestantes deserere non statuerant, ne bellis rursum civilibus Germania jactaretur, infletti se Ferdinandus passus est, ut majori quod immineret Ecclesiæ malo, minus præhaberet, erroresque toleraret, quos evertere non posset. Quocirca post longam disceptationem, parum decoris priſæ Romanæque fidei legibus 7 Cal. Octobris anni 55 pax vulgata est, cuius hæc summatim capita. 1 Cæsar, Rex, Electores, Princes atq; imperij status jurata fide addicunt, Augustana Confessionis hominibus, nullam illis, nego, in rebus sue religionis, possessionibusq; violentiam, molestiamq; adhibendam esse. 2 Nec minus antiquæ religionis, seu Ecclesiæ sticis, seu Laicis, inviolata stabunt, quæcumq; illorum fidem, possessionem ac jurisdictionem censusq; spectant, nego, vi aut fraude impedientur. Et siquid controversum incidat, via juris decideretur. 3 Hic tamen pacis privilegiis secludantur, quotquot alterutrius religionis non fuerint. 4 Quod si qui Ecclesiasticorum à veteri religione decadant, his, dissentientibus licet partibus, Cæsar ac Rex ex plenitudine potestatis decrevit, simul bonis censibusq; ejus, ac quæ abeunt, Ecclesiæ cedendum esse, quamvis salvâ existimatione & honore id sint facturi. 5 Hæc tenuis ante Passaviensem transactionem occupata Ecclesiasticorum & Gymnasiorum Monasteriorumq; bona Augustana Confessionis homines, citra intentandæ litigii discrimen tutò possideant, modo illa ad immediatos imperij status non spectent. 6 Ecclesiastica jurisdictione, non exerceatur adversus Augustanam Confessionem, in rebus ad religionem spectantibus, in ceteris hic non spectantibus suum Ecclesiæ Antistitibus, quod hactenus competit, jus est. 7 Antiquæ religioni addictis fas sit, census redditusq; ac decimas sub cujuscunq; seculari potestate constitutas, exigere, salvis tamen iis, que hinc parochiis, scholis, hospitibusq; ejus loci olim destinata sunt. 8 Si quæ inde existant controversiae, vel per utriusq; partis arbitros, vel dele-



delectum ab utrisque judicem, possessore interea non impedito, semestri decidantur. 9 Neutra partium alterius religionis, vi aut fraude, homines ad se pertrahat, nec quisquam contra superiores eorum patrocinium cujusquam suscipiat, nisi prius illud jure usq; firmatum sit. 10 Si qui alterutrius religionis alio migrare cupiant, id bonis commode venditis citra impedimentum liceat, idemque mancipys fas sit, modo consuetum redemptionis pretium exsolvant. 11 Hac pace, citra perturbationem cujusquam standum erit, dum amica religionis concordia sequetur; illatenenon consecuta, pacificatio consistet. 12 Comprehendetur his pactis quoque libera imperij proxime Cæsari subjecta nobilitas. 13 Imperiales vero urbes, quæ utramque religionem admiseré, in iisdem, citra molestiam partium, coactionemque hanc liberè exercebunt, pristinisque juribus fruentur. 14 Quocunq; ex superiorum comitiorum decretis huic paci adversantur, nulla erunt. 15 His firmiter servandis, nulloque praetextu, aut ex plenitudine potestatis per se aliosve etiam posteros infringendis, S. sua Cæsarea Majestas, ac Regia sese obligant. 16 Id vicepsim Principes, Legati suorum Dominorum nomine, omnesque imperij ordines sancta fide pollicentur. 17 Quod si qui pactis, dolo aut violentia, adversantur; ataque partium promittit, non tantum nullum invasori prebitur am auxilium; sed etiam partii invasa subventuram. 18 Denique mandatur Camera Imperialis iudicibus, ut huic se pacificationi conforment, partiq; imploranti aequitatem, citra religionis discrimen, auxilia juris impertiantur, neque quequam adversus haec decreta statuere audeant. Hi pacis firmatae articuli, quæ Passaviensis, à loco unde originem primū cœpta, traxit, à plenisque nuncupatur. Ferdinandus Rex illacrymans eis subscriptissime fertur; Carolus vero Imperator nunquam subsignavit. Otho Truccelius Augustanus Episcopus & Cardinalis, quod in magnum Catholicæ religionis detrimentum cederet, illi vulgata protestatione 23 Martii statim contradixit.

Gravissimam illa quoque Romani Pontificis indignationem concitavit. Ille enim, ut erat severioris ingenii, siveque autoritatis rigidus vendicator, prater quam quod aversum ab Austriacis affectum induisset, suum sibi jus maligne occupatum interversumque, quod in bona Ecclesiastica obtineret, questus est. Neque ad mitigandum ejus animum Cæsareus Orator quicquam valuit; cum & necessitatem obtenderet, & vires sectariorum, quæ consilio magis ac humanitate, quam armis ad aequitatem inflecti possint. Nonnulla eisdem concedenda fuisse, ne, quod proclive, raperent universa. Documento nuper fuisse Carolum subita pœnè tempestate belli, post victoriam licet de hereticis, oppressum. Cujus orationi ita occurrit Pontifex, ut fugæ illius ignominiam vindice inflamam Numine, ad temerariam Caroli in tractando religionis negotio referret audaciam. Iam Germaniam, inquietabat, magna sui parte in officio Ecclesia debitis futuram, si constrictam inter manus persidicam, non tam indulgenter tractasset, minusque humanae fidei credidisset inesse Principibus urbibusque, qui divinam prodidissent. Si pietate magis, quam regnandi ambitione armæ circumtulisset, & victoriam ad orthodoxam potius religionem, quam apicum imperium firmandum usurpasseret. Rescindenda tam iniquarum passionum decretæ esse, quibus improbisimus Romane Apostolicæ sedis hostibus, non ad frenandam, sed propagandam licentiam, rapiendique Ecclesie bona audaciam, quies, impunitasque concedatur. Quod nisi sit, Apostolicumque jus ac sedes contemptus habeatur, non defuturas in Europæ

CXII.  
Displi-  
cent Ca-  
tholicis,  
& Ponti-  
fici gra-  
viter re-  
pichen-  
denti.

1555.

optimorum Principum vires, non è cœlo spreti Numinis subsidia, quibus sibi adjunctis hanc injuriam ultum e.t. Ceterum omnis se juris iurandi religione, que in illicitis nulla sit, Cæsarem Regemque decernere absolutum. Iubere, velle, ne quid deinde ex hac obligatione Se-  
tariis praestetur. Hæc ille pro Romanæ sedis constitudine, quando secularium autoritate de rebus Ecclesiasticis decernitur. Verum Austriacos hinc Turca, inde Protestantes, præter ipsum Regem Galliarum, armis premebat; ut sauita aliqua ex illa videretur parte occupanda, quæ ipsa imperii viscera premebat, si-  
ne qua totius corporis vires nulli futuri essent. Angliae quoque Reginæ de reli-  
gione sollicita missis ad Paulum de sui regni subjectione Legatis, tam apud Pon-  
tificem, quam Galliarum Regem intercedebat, de pace inter præcipuos Europæ Reges procuranda: quod res Catholicæ Ecclesiæ, ad suam in columitatem, hanc exigere viderentur, quâ prius impetratâ longè æquiores à Protestantibus pacis rationes poterant impetrari.

**CXIII.** At nescio, quas insidiarum larvas, ex occultis literarum notis, tanquam in umbbris spectra, sibi Pontifex imaginatus, & Cardinales addictos Cæsari inclusit custodiæ, & cum Henrico Rege Galliarum occultum fedus conflavit, quo præ-  
ter Mediolanensem Ducatum, regnum eidem Neopolitanum addixit, tamen cum amplificatione sacræ jurisdictionis pro sede Apostolica, & Principatibus quibusdam Caraffensium familiæ accelluris. Quare conflandis sub Guisii Impe-  
rio Rex copiis intentus, Pontifex verò Duce Ferrariæ Venetisque ad conspira-  
tionem armorum per trahendis advigilabat: quanquam à tam periculis consi-  
liis sua hos prudentia subtraxit, ille minus cautus in casis deductus sit.

**CXIV.** Belli à Gallis contra Cæsarem Etrusci finem, occupatis senis, Insubrii verò Vulpiano diruto, illic viëtis, hic viëtoribus Gallis, principio hujus seculi 55 me-  
moravimus; nunc ab Austro in Septentrionem progreſſi, Belgica ejusdem ad-  
jungemus. Magis hic utrimq; muniendis finibus operam pars ultraque dabat, Mariæburgo & Maseria providit adversus Martinum Rossemium propius im-  
minentem Henricus, quem cum deinde Sabaudus accessit, nova bellandi arte usi  
Cæsarei, munimenta aliquot erigunt, in primisq; Chiveiam arcem, quadrato val-  
lo, cum propugnaculis amplissimis quatuor instruunt, tum recens excitare oppi-  
dum, idque permunitum aggressi, à Cæsare illud Carolomontum dixeré, ubi  
Rossemius Porroia Dominus, fortissimus multisq; expeditionibus celebratus miles, peste sublatus, Guilielmo Nassavii Aurantii Principi locum à Sabaudo  
primum fecit: tertium deniq; post Fagnolium Castellum occupatum dirutumq;  
excitarunt ingenti rursum opere oppidum, quod Philippi-Villa à Cæsar's filio  
nuncupatum est. Quibus Hannoniæ Namurciq; terminis adversus hostem cō-  
suluere. Et hæc Gallorum exercitu spectante, frustraq; obnitente absoluta fuere:  
qui deinde, non minus felici successu, Hesdinum nuper conditum, oppugnans,  
annum consumpsit. In mari tamen clades Belgarum haud contennenda à Fran-  
cis accepta est, at funesto utriusq; partis exitu. Nam onerariæ Belgarum 24 quæ  
ex Hispania ducebantur, fortiori vi armatarum navium 20 ex Francia occupa-  
ta, cùm post atrocem pugnam harpagonibus injectis tenerentur, desperatis jam

10-

rebus igne in pulverem tormentarium injecto, se Francosq; , magno numero, Neptuno immolarunt. Praetoria ab utraq; parte cum Ducibus absumperat. Nonnullæ harpagonibus fractis in Hollandiam evasere, quinq; ambustæ à Francis superstitibus Diepam perductæ , quod illorum fuit in calamitate solatum. Tam hominibus insana pereundi voluptas est, ne soli pereant; maluntq; vitam, quam opes hosti concedere, ut si illa harum causa mortalibus concessa esset.

Sub hujus anni finem Imperator Carolus , quod jam dudum animo presserat consilium, glorio saque prius impetrata per Europam pace statuerat depromere, hac postremò desperatâ, viribusq; etate succumbentibus, latere diutius palam noluit. Hoc verò erat, depositis imperii regniq; amplissimi honoribus, etiamnum in vita de morte secutura disponere, idque solitario quopiam, & à tumultibus orbis remoto Hispaniarum angulo. Quod jam ante octennium Augustæ, post celebrem illam Protestantium debellationem, in testamento à se condito prodiderat. Tùm Francisco Borgia à se ad religionem discedenti, collaudato ejus consilio, tanquam animi latens decretū, sub fine silentii communicarat. Quocirca evocatum ex Anglia Philippum Septembri mense, die Octobris 25 Bruxellis in pleno procerum confessu, velleris aurei, à Philippo Bono instituti equestris Ordinis Principem (quæ domus Burgundicæ prærogativa est) creavit. Aderant præter Germaniæ, Hispaniæ, Belgij proceres, legatosque pñè innumerabiles, Rex Bohemiæ Maximilianus, Dux Sabaudiaæ Emmanuel, sorores Eleonora Galliarum Regis, & Maria Hungariæ, viduæ. Quibus & Maria Bohemiæ Regina, & Christierna Dani Regis filia Lotharingi Ducis vidua, accessere. Medius horum Carolus ac Philippus. Cæsar igitur post aurei velleris principatum, solenni ritu filio collatum, per Philibertum Bruxellum sibi ab arcanis consiliis delectum, in hanc sententiam, disertâ oratione præsentes affatus est, ut à sua per Maximilianum avum inauguratione, omnia se pro Belgarum salute ac defensione, quos, ut populares, intimo semper amoris sensu complexus sit, molitum impensè fateretur. Verum nunc denique fractum viribus, et atque ac morbis gravem, sustinere molam hanc pro dignitate vix posse, ideoque quod majori illorum commodo futurum sentiat, Philippum eis filium nuper in fidem Belgarum receptum Principem, annis modò consilioque firmatum, Hispanicoque jam ante probatum regimine, & Angliæ regno, non levi utriusq; gentis emolumento, potitus, relinquere. Quod igitur felix faustumque sibi ac reip. Superi esse velint, faxintq; Belgicarum se provinciarum, Burgundiaq; imperio renuntiare, in præsentia omnium, ac Philippo filio unico, legitimoque successori, absolutam supremæ dignitatis ac jurisdictionis potestatem consignare, rogareque, ut hanc suam voluntatem ratam firmamq; benevolo assensu complecantur, atque iccirco omnes ac singulos jurisjurandi sibi quondam præfiti fide absolvere, quâ solum deinde filium, iteratò etiam Sacramento prosequantur. Suam porrò hactenus operam, quam per se, perque Mariam sororem gubernatricem, impenderit, animo studioque, quam potuit optimo, aqui bonique consulant; siqua in re defuerit, cuius veniam oret, necessitatis potius, quam voluntatis fuisse sentiant. Dolere se vehementer, quod speratam ab armis quietem, omnì à se questam conatu, obtinere ante discessum non licuerit, Deum ejusce pertinacis belli autorem nosse, ac sua etiam in potestate habiturum, ut ad eam denique cum filio pacem infle-

CXV.

Caroli  
abdica-  
tio.

Pontus

Heuter.

de Carolo

L.14 Stra-

da de bell.

Belg dec.

1 L.1. Ros-

ver. Pöt.

&amp; alii,

Philibers  
ti consi-  
liari Cæ-  
taris ab-  
dicatio-  
nem pro-  
ponentis  
oratio.

155.

inselectat. Se vero magnoperè delectari egregiā semper Belgarum, quam expertus sit, fide, obsequendi, autoritatēm, sui Principis taendi promptitudine: quā neque consilio, neque opibus unquam defuerint. Quia pecuniarum, etiam saepe indebita, largitione, exhausti erari vires suppleverint. Et haec universa, quantum pars est gratitudine erga optimos subditos recolare, quā anquā in defensionem resp. Belgicæ, præter aurum Hispánicum Italicumque, impensa fuerint. Petere igitur postremam, ut quod sibi obsequium, quamque fidem præstiterint hæcenus, pari in filium promptitudine transferant. Duo vero imprimis omni cura studioq; se discendentem charissimis sibi Belgis cupere velle q; esse commendatissima, Religionem ac Institutiam, reipublica omnis fulcrum, hucus ac futura felicitatis fundamenta præcipua, quibus nuttantibus pacem incolunt atemque cuiusvis regni labefactari necesse sit. Et illius quidem manifestissima ante oculos versari exempla, sive orientis, seu occidentis regna contemplemur; nec remota à Belgis abesse discrimina, vicinis adutrumque latus, hinc Germanis, inde Anglis tristissimā calamitate everse Majorū religionis etiamnum jactatus, postquam ab evita, perque continuam successionem, ab Apostolica Romanaq; sede deducta religione, heretorum omnium more divisi, inani Scripturæ divinae pretensione suis cupiditatibus obsecuti sunt. Standum iccirco pie obsequenterq; in accepta semel per Maiores, & cum Romanq; semper sede conjuncta religione. Ex cuius observatione suis deinde justitiae amor vigorque, Belgas, linguā quidem diversos, sed animorum conspiratione junctos, adversus quemcumque hostem abunde firmaturos sit. Hæc cùm Bruxellius capita luculentius exposuit, ac postremo Philippum Belgis, iteratò, tam ipsorum commodi, quam autoritatis illius conservandæ gratia commendasset, hæsit aliquantulum tacita attonitaque concio, rei, quæ pauca nota erat, novitatem admirata, plerisque, importuno tempore, quo cum pugnacissimo Galliarum Rege Belgæ colliderentur, eripi libi ranti nominis virtutisque Imperatorem dolentibus. Tum vero electus in pedes dextraque ob imbecillitatem scipione, sinistrâ humeris Aurantii Principis Guilielmi natus, orationem Gallico sermone cœpit, quam ex Ponto Heutero presente ejusdem auditore iccirco prolixius aliquantò, quam pro more, recitabo, ut vanissimas quorundam scriptorum nebulas, & obtrectandi libidinem, quibus rarissimum illud, in tantâ excelitate demissionis in Carolo exemplum, cùm satis assequi, suis affectionibus indulgentiores, nequeant; corruptis obscurare suspicionibus non verentur.

**CXVI.**  
**Attoni**  
**gam con-**  
**cionem**  
**Cæsar i-**  
**pse affa-**  
**tur.**

**Quædam**  
**Strada.**  
**Dec. 1.1.**  
**1. negle-**  
**cti addit.**

Certe qui in supremo illo, tam heroicæ virtutis actu & causarum expositione, Carolo fidem non habuerit, illi multò ego minùs, aliena ab illius virtute disserenti, fidem habendam esse censuero. In hanc itaque sententiam peroravit. Administrationis harum Provinciarum, in filium à me transferende causas à Philiberto accepisti. Quibus pro meo in vos affectu quedam à me duxi adjicienda. Meminisse vestrum plures queunt, jam annum fluxisse quadragesimum, à quinto proximè lapsi Ianuarij die, quando hoc loco à Cæsare Maximiliano avo paterno, quindecimum etatis ingressus annum vobis moderandis iniatis sum, moxq; in sequenti anno Ferdinando Catholico avo materno vitâ functo, Hispānis praesesse jussus, ut Matri imbecillitatem ex morte Regis contractam fulcirem, cùmq; biennio post, & ipse Maximilianus Cæsar mortalitate hac functus, vacuum secesset imperium, summorum Europæ procerum competitor prætereris acceptus sum, ut præte

ter Germanie salutem, imperium Belgarum populis, hosque imperij accessione firmarem,  
 & invalescentis nimium Turcarum potentia vim infringere. Sed anno atatis meae XIX  
 Romanorum Rex atque Imperator factus, inter duos repente scopulos, haren Germanorum,  
 & invidiam vicinorum Principum me hærere conspexi, inter quos cupiditate diversorum  
 velut adversantibus jactatus ventis, portum, quem spectavi, tenere non potui, quamvis nul-  
 la hactenus tempestate vicibus, etiam dum insidiatores adversarij colliderentur, clavo retento  
 steterim, nisi quod cedendum aliquando tempori fuerit, ne omnino fractus cederem. Quan-  
 tum verò circù laboris, quot federa amicorum, hostiumq; inimicitia, quot via, & expedi-  
 tiones suscepserint, vix paucis includam. Novem in Germaniam, septem in Italiam, sex  
 in Hispaniam, quatuor in Galliam, duæ in Angliam, totidemq; in Africam, deniq; in Belgiam  
 decem profectiones, & plerumq; ab armato, suscepserint. Mediterraneum ego mare octies, Hi-  
 spanicum ter emensu sum, pacem etiam in armis studiosè consecutus; quam tamèn, cum  
 plerumq; victoram non possent, inimici semper everttere conati sunt: quod hanc saltem justè  
 bellatoris palmam è manibus extorquerent, ut nec quidem valedicens hanc Belgis, quod in-  
 primis doleo, queam relinquere. Has inter curas jactationesq; quassatum corpus, cum invale-  
 scente ægritudine par diu futurum vix mihi videretur, jam pridem, & priusquam Germa-  
 niā postrem, eaq; gravissima, profectione subirem, imperij dignitatem negotiorumq; mo-  
 lem, ad vitæ privatæ utilitatem deponere, meditatum habui; nisi & filij immatura etas, &  
 matris ad regendum imbecillitas, ac deniq; afflictissima me Christiana reip. imago deterruis-  
 sent. Cui dum me pro viribus curande, nec infelicitate, propitis Superis impendisem, repente  
 se Francorum Rex Germaniæ sociatum rebellibus, in caput meum imperiumq; hostili conatus  
 immisit, quo eventu abundè constituit. Neq; Germaniæ me tunc defuisse satis ante Metas te-  
 statum feci, quando ne hostis firmaretur iniquo licet tempore, nec impensis, nec militi peperi-  
 ci, quo urbs dignitasq; sua imperio inviolata constaret. Indo, re infecta, ne vos cum eodem ho-  
 ste periculose conflitantes desererem, suis ferocem successibus biennio, si non infregi, certè  
 retardavi, suamq; rejeci in Franciam, oblatam plerumq; ex pugna martis aleam detrectan-  
 tem. Feci, quod Deo permittente concessum est, qui, ut homines sèpè bellorum, ex propria cu-  
 piditate nascentium, causa sunt; ita clades aut victoriam ex suo arbitrio dispensat. Cujus me  
 benevolentia, ut sèpius viciisse gratias agnosco, ita cum bellorum ac Reip. me pondus sustinere,  
 imbecillo fractoq; corpore amplius non posse sentiam, ingratus in illum & remp. jure vide-  
 rer, nisi magis idoneo, quem mihi dedit, successori locum facerem, vosq;, cum meo imperio,  
 gravioribus, quæ ex vacillante capite imminenter corpori, incommidis liberarem. Accipite  
 igitur bono vestro, amori meo, filique honori consulturi, pro fene juvenem, pro imbelli for-  
 tem, pro languente, excitatum promptumque, amplectantur eundem fide obsequioque mihi  
 hactenus constanter praestito, dentque operam, ut concordia in animis, Inflititia in foro, religio  
 una eademque traducta à Patribus integrè in templis persistat. Siquid vicini ad vos mali ex  
 heresum contagione manet, repente in jactis primum scintillis opprimatur incendium, ne  
 viribus, ut alibi sumptis, omnem eludat industriam. Hac suprema, maximique ad vestram  
 salutem ponderis monita, nolite remissis auribus animisque excipere, nisi vile vobis sit pari  
 sorte, quæ in vicinis actum gentibus, omnem reip. felicitatem extremis afflictam calamitati-  
 bus sepeliri. Meum siquod, aut hac in re neglecta, aut alijs offensionibus, quæ disficeri non pos-  
 fint, peccatum sit, quod vel præceps adolescentia, vel arrogancia virilis, vel ruditus ignorantia

1555.

suaserit, ejus demissè veniam rogo. Profiteor tamen, scientem volentemque  
 me nulli subditorum aut fuisse injurium, aut illatam inultè injuriam sustinuisse.  
 Quod si tamen ignorans hic quoque offenderim, præsentes absentesque juxta  
 obtestor, ut ex animo hunc non minus errorem detestanti ignoscant. Subinde  
**Cæsar fi-**  
**lio reli-**  
**gionis &**  
**equitat's**  
**studium**  
**impensè**  
**com-**  
**mendat.**  
 conversa ad filium oratione sic eum assatus est. \* Tu verò, ô fili, cui moriens has  
 Provincias non relinquo, quod esset necessitatis, sed vivus defero, quod est li-  
 beræ voluntatis, quidquid mihi ex gemino hoc beneficio tam naturæ, quam  
 gratiæ debes, id ut in horum amorem curamque populorum transferas, po-  
 tremùm à te requiro. Reliquis ferè Regum vitam disciplinamque filiis dare,  
 regna post mortem deserere sufficit. Ego præripere hoc beneficium morti co-  
 natus sum, ut non modò ex me viventem, sed regnante quoque intuerer.  
 Exemplo, quod ex antiquitate rarum est, ex posteritate pauci etiam fortasse  
 consequentur. Addes huic facto meo gratiam, si te dignum ostenderis, timore  
 Dei hominumque ante, in quo primum hujus facti monumenta extarent,  
 Religionis cura, mi fili, & illius à Romana Apostolicaque ad nos sede, inter ad-  
 versantes undique hæreses traductæ religionis cura, non minus animo comple-  
 ßtenda firmiter, quam opere ab omni corruptione subditorum vindicanda est.  
 Huic altera non minor æquitatis legumque inviolata ratio, tanquam fortissimū  
 politicæ reip. firmamentum jungatur necesse est. Geminis his in rep. funda-  
 mentis nutantibus miserè illa fluctuabit; stantibus unà tecum consistet. Quam  
 Tibi felicitatem, cum herede, nobis regnisque digno, largiatur ille regnum  
 omnium Rex, cui jure cervices submittimus, quique honorantes se Principes  
 honorat, contemnentes abjicit.\* Hæc inter profluente lacrymas fatus, quibus  
 & ipse, & attentissima perfundebatur concio, istic in primis, ubi de religione  
 commendata exardescet cum voce oratio. Ad quam deinde latera pedesque,  
 & color vultus voxque ipsa deficiens, cum magis vires, quam eloquentiam na-  
 tura subtraheret, conticescens haud multò post, consedit.

**CXVII.**  
**Ordinū**  
**Orator**  
**Masius**  
**Cæsar isque**  
**transla-**  
**tionem**  
**in Phi-**  
**lippum**  
**fil. ad-**  
**mittit.**  
 Tām disertissimus id temporis Orator Jacobus Masius, Antwerpensis Syn-  
 dicus, Bruxellii Cæsarisque orationi Ordinum nomine respondit, quam paucis  
 cum Heutero, capitibus stringo; quod, \* licet præclarissima Cæsar is in remp. Bel-  
 garum merita, nominisque amplitudo, ac bellorum incumbens onus summo-  
 pere tanti Principis præsentiam exposcant: nolle tamen se adeò meditatæ Cæ-  
 saris voluntati, sibi semper æstimatae observataeque adversari. Dolorem ex ip-  
 sius discessu concepum, lenire præstantissimum, quem pro se ipsis constituit  
 Regem ac Principem filium ejus Philippum. Huic debita obsequentium se-  
 subditorum officia, ultrò lubentesque delatueros esse, ac quamcunque cum illo  
 pacis bellive sortem haud invitè subituros. Proindeque id unum postremumq;  
 enixè suam Majestatem orare, rogareque Belgas omnes, ut eos commendatio-  
 ne paterna filio Regique ita devinciat, ne eosdem pace nondum conciliata in  
 mediis bellorum turbis abiens deserat. Porro, saluberrimis ejus monitis, ex pa-  
 terno in hanc patriam affectu profectis, gratias se debere immortales. Agno-  
 scere, in antiquæ religionis, justitiaeque civilis observatione ac cultu, præcipua  
 Reip.

Reip. Christianæ integritatem felicitatemque versari, & hæc tanquam cor <sup>ca-</sup>  
putque in homine, ab omni incorruptione illibata debere persistere, ideoque se  
extremis vigilantiæ industriæque nervis, ne qua irrepatur ex vicina contagione  
novitatis pestilentia, adlaboraturos.<sup>\*</sup> Postremò Cæsari ad novum iter vitam,  
eiusque sororibus Hispaniam unà adituri felicitatem precatus, conticuit.

Tum consurgens è Sede Philippus, ut & Patri sibi imperium de-  
ferenti, & Ordinibus translationem acceptantibus gratias ageret; pro-  
num se in genua ad Patris conspectum projectus, ejusque exosculatus  
dexteram, \* indignum se illo Majestatis ejus honore ac munere professus est;  
nolle tamen firmatae adeò sanctæque ipsius voluntati obluctari, ideoque ultimo  
ejus decreto submittere sese, ac Belgarum imperium, gratiis, quibus parat, ma-  
ximis acceptare, facturumque ut, ne quisquam, in religionis avitæ cura, & equita-  
tisque administrandæ rationibus, studium in se diligentiamque requirat.\* Pater

sic jacentem amplexus, cœlestemque illi opem impositâ capiti manu, precatus,  
lacrymis intermanantibus omniū lacrymas excusit. Tum Philippus iteratò Pa-  
tris manum exosculatus assurgit, & ad Belgarum Ordines venerabundè conver-  
sus. \* Vellem (Gallicè inquit) me aut Francica, aut Belgica adeò lingua esse  
promptum, ut meum erga Belgarum populos affectum amoremq; pro-  
pensissimum disertâ coram oratione prosequi liceret; nunc quando ad hoc mi-  
rus instructus veni, Antonius Peronottus Granvillianus Atrebatenus Episcopus

meā illum sententiâ vobis exponet. "Quod paratâ ipse præstitit facundiâ docuit-  
que: Gratius longè futurum Philippofuisse, si adhuc Patrem Cæsarem, quam a-  
nimō, tam corpore rebus administrandis parem, licuisset præ se Belgis regnan-  
tem intueri. Nunc verò quando id constanter aversetur, Ordinesque hanc ejus  
voluntatem admiserint, seque in locum Patris oblatum humanitate ac benevo-  
lentia complexi sint, non sibi fas esse amplius obniti; ne ad paternam hanc sar-  
cinam levandam; ad Belgarum verò benevolam in se voluntatem amplecten-  
dam invitus accessisse videatur. Dolere vehementer de Patris imbecillitate,

gaudere verò, & cùm sibi gratulari, tūm gratias Belgis agere, pro delatis sibi  
suo in munere obsequiis; vicissimque pro recta felicique Reip. administratione,  
atque in primis Religionis Apostolicæ defensione, non modò opes operamque

sed & vitam sanguinemque delaturum; neque deserturum ante, quām impen-  
dentes etiamnum bellorum nubes discussæ fuerint. Juratam se eis dedisse fidem,

quā patriis eos legibus privilegiisque salvis recturus sit, nec detrectare iteratò  
hanc facere Provinciis singulis, ne quād dissidentiâ animorum armorumq; con-  
cors studium, avertendis reip. hostibus necessarium, labefactetur.

Tacentem deinde Antistitem Maria soror Cæsaris Hungariæ Regina Belgii,  
que gubernatrix excepit, \* suumque se quod jam in 25 ætatis annum, sustineat,  
inter varias jactationes regendi pro fratre munus, ita quidem executam fate-  
tur, ut si quid in rerum peritia, judicii, ingenioque præstantia sibi defuerit; in

illud quidem fidei sinceritate, optimique affectus promptitudine & amoris  
integritate; per alios verò delectos ex eorum gente viros sapientissimos, judi-  
cato-

CXVIII

Philip  
Rex Pa-  
tri & Or-  
dinibus  
gratias  
ob ho-  
norem  
collatu-  
agit.

Per Grā-  
vellanū  
Episco-  
pum At-  
rebaten-  
sensem.

CXIX.

Maria so-  
ror Cæ-  
saris gu-  
berna-  
tionis o-  
bitæ cu-  
ras, quas  
hactenus  
gesserat,  
deponit,  
ac de fu-  
turiis tu-  
multibus  
præmo-  
net.

1555.

cioque atque experientia probatissimos suppleverit. Quod si tamen aberratum, ut humanum est, fuerit, ejus se obnixè tantoque confidentius indulgentiam sperare, quod plurimum, non suæ unius voluntati error sit imputandus. Latari se, quod eodem cum Fratre tempore, quem in Hispaniam comitatura sit, laboribus absoluta, exorrectæ ætatis vigorisque juvem Belgis relinquant, cui si pari quâ haec tenus fide, religionisque avitæ cura adhæserint, neque Philippo vires regendique consilium, neque Belgis concordia felicitasque defutura sint. Si tamen, quod nonnulli ominentur, alii etiam optent, ab iis defecerint, certe habent calamitatem ac servitutem extremam eorum imminere capitibus, ex qua tanquam naufragio vix liceat emergere. Hæc dicentem Reginam, ubi ordinum rursus nomine collaudasset Masius, de administratione justè prudenterque reliquiasque obita, debitasque in circo retrulisset gratias, ac præstantium apud se monitorum fore memori am pollicitus esset, discedenti felicitatem precatus absolvit, conventusque dissolvitur.

CXX. Rex Philippus Ordinibus & Regi ordinis sa cramentum fideli inno vant. Cæsar reliqua in filium regna transfert

Sexto deinde Cal. Novembr. congregatis in Palatio Ordinibus, Rex inter aurei velleris equites considens juramento solenni fidem addixit, vicissimque Regi Ordines Brabantæ, Limburgi, Luxenburgi, ac Geldriæ primùm, tum Comitatuum, ac denique reliquarum Provinciarum. Cessionis deinde tabulæ confectæ, subscriptæque die consequente. Nec multò post Cæsar eidem filio omnibus sive hereditariis, sive bello partis, aut alia sorte aditis, in solennibus Procerum comitiis, regni cedit; ut erant Hispaniæ, Siciliæ (nam ante Neapolim cesserat) Sardiniaæ, Balearium, Americæ, ac Novi orbis: neque ex tam amplis terrarum proventibus aliud sibi, quam centum aut eorum millia se creverat, quibus ad vitæ necessitatem, & liberalitatem in ministros egentesque uti posset. Denique cum solum Romanorum superesset imperium, publica Majestate potius, quam opibus privatis aestimandum, hoc Ferdinando resignare fratri, quando in unum congerere omnia filium non licuit) legatione ad Germaniæ Principes Regemq; missa decrevit. Cui tamen obeundæ cum sequens annus designatus fit, ante gestis tantisper immorandum est.

CXXI. Ioannæ Matris Hispaniarum Reginæ mors ultimò ad hanc abdicationem Caroli impulit. Orland. in his. Soc. 1.15. §. 84.

Nec illud prætereundum, ultimum pñne impulsu[m] coptæ abdicationis Carolum ex morte Joannæ Matris habuisse, quæ ut alibi vidimus à morte Philippi martyri emotæ in plerisque mentis signa dedit; quam tamen Hispani Carolusque filius, ut Reginam publicis semper in literis coluere. In obscura illa turri felibus colludere solita; hoc se quietius studio, per totum Carolini regni tempus oblebatavit, quam filius tot regnum ornamenti, innumerisque simul jactationibus involutus; ut illa sedens in littore, filius inter perpetuos nationum fluctus regnasse videatur. Corpore tam sana, ut eodem illa anno vivere, & cum Carolo regnare desierit. Morienti adstitit vir sanctus Franciscus Borgia Gandia quondam Dux, & ex aula Caroli ob Isabellæ Reginæ, & conjugis suæ funere digressus ad Societatem Jesu. Hic prisco in familiam amore, jam extremè languentis adeo excitavit animum, ut velut ex delirii Letargo expperesta, non alienam se ostenderit ad Ecclesiæ Sacramentorum usum, iusteritque eundem si bi recitando præ-

re:



re Apostolicum Symbolum, cui & ipsa deinde quædam ex Nicæno adjectit, S. Crucifixi effigiem ex osculata, ut Theologi præsentes capacem Sacramentorum pronuntiarent, expiataque unctionem extremam percepit, cùm sacro epulo, ex stomachi omnia regerentis imbecillitate, refici non posset. Hæc mortalis regni vitæque scena, tantò faciliorem nunc exitum ostendit Carolo, quod translatum ad se integrè regnum, in filii citra obtrectationem manus consignare liceret, ut solennibus postea cæremoniis in Hispania quoque à Carolo peractum est.

Pacis inter hæc tractandæ cum Henrico Galliarum Rege, quam in primis cū piebant Belgæ, cura minime neglecta, ac denique cùm de ea convenire non posset, quinquennales sancitæ sunt Nonis Februarii anni 56 induciæ, eà Lege, ut ab hoc die quinquennio integro omnibus utrorumque Regum ditionibus, terrâ marique vis omnis bellumque absit. Neuer alterius hosti opem præstet. Posse sis in præsens quisque insit, acquiescatque. Liber mercatoribus salvusque utrumque commeatus constet, & præsca solùm vœtigalia solvantur. Pulsis ultrò cij. An. 1556. Rebellestat men exulesque Neapolitani ac Siculi his legibus non fruantur, ut nec Albertus Brandenburgicus. Induciarum harum violator morte plectatur, singularium tamen hominum juribus his induciis non derogetur. Duci Sabaudia nulla in possessis etiamnū vis inferatur, nec Franci ad Indias occidentales, belli mercaturæ gratia, sine Cæsaris ac Philippi Regis consensu, navigent. Eleonora donatiæ mortis causa à Francisco Rege maritoque factæ ab Henrico filio præstentur. Conditionibus ab utriusque partis legatis subscriptum, consignante Bruxellis Cæsare, Antwerpia Philippo.

His induciis turbatus Romæ Paulus Pontifex, qui ob proscriptos suæ familiæ ex regno Neapolitano Caraffas, & non ita pridem Ducibus Columniis aliquem suæ stirpis à Cæsareis imperfectum, ultionem molitus, fretusque ope Francorum, vim Columniis jam adhibuerat, arcibus ac civitatibus M. Antonii occupatis, in cuius locum Fridericum Caraffam ex fratre Nepotem Paliani Duce in nuncupavit, locumque omnī arte ac præsidio munire aggressus est. Cæsar vero, ut Farnesios sibi conciliaret, iisdem Placentiam jure pleno restituit, utque Cosmo Florentino Ducitum impehsarum, tum studii in Senarum occupatione gratiam faceret, horum illi imperium transcriptit. Hinc præter Ferrariæ Ducem, Pontifex sui autorem consilii in Italia vix habuit. Ad Gallos igitur ab inductis ad opem fibi ferendam tradicendis intentus, ut reliquorum exspectatione in falleret, Carolum Caraffam, Cardinalem regens creatum nepotem, sago, quo usus haec tenus quam togæ aptiorem, ad Regem Galliarum destinat, specie pacis & Concilii restituendi, quo nomine & Cardinalem Rebibam simul alegat ad Cæsarem, sed cunctanter immorari itineri jussum, dum à Caraffa nepote, ex Regis Galliarum responsis, ad mandata rectius exequenda regeretur. Unde ivisse Romæ cognitus, sed nunquam ad Cæsarem pervenisse: dum occultiora cum Rege de belli opibus consilia explicuisset, firmassetque Caraffa, publicè Regi potestatem de pace concilianda exhibens, privatim de bello, quod Rex denique, nescio quâ induciarum

CXXII.  
Quin-  
que na-  
les indu-  
cie cum  
Gallis i-  
nitæ.

CXXIII.  
Pontifex  
inducias  
factas  
suis per  
nepotem  
consilis  
apud  
Gallum  
evertit.  
Bile. l. 127.  
Palav. in.  
Tria. l. 131.

delusione, cum Pontifice amplexus est, cui, ut communis Ecclesiae Patri capituloque fas esse crederet, in discrimine subvenire. Cum vero intere nec ipse Pontifex, à milite cogendo, firmandisque regionibus occupatis abstineret, Ferdinandus Alba Dux ad Columniorum opera & regni Neapolitani defensionem à Cæsare missus, post frustra imploratam pacem, jam expeditioni se accincturus, ne mora occasionem vincendi amitteret, Pyrrhum Loffredum ultimò destinat, juberque per Cardinales Pontificem sollicitare, sed evoluto quatriduo, quo arma ipse motrus erat, urbe exesse, hac tamē causā silentio præterita.

**CXXIV.** Loffredus a Pontifice delusus retentusque, ubi bellum increbuit, pro exitu carcerem Romæ est sortitus, documentum legatis, ne suorum facile mandatorū limites prætervehantur. Quare Albanus armorum solers primo impetu Pontem Corvi, ac deinde omnia cum Paliano Columniorum oppida recipit, pulsoque invasore Columniis restituit; tūm iteratō, sed frustra Pontificem obtestatione pacis conatus ab armis deducere. Quā neglectā, licet objiceretur Albanus 17 milium exercitus, Pontificiæ ditionis oppida, Verulum, Babucum, Alatrium, Terracinam, Acutum, Fumam, & Anagniam feliciter expugnat. Cumque Romæ Pontifex timeret, pacis rursus spem facit, pro qua tamen Albanus Pacecum Cardinalē irrito destinat, quod Regis Galliæ subsidia Pontifex exspectaret. Quare Albanus armorum cursum promovet, ac Præneste Vico Valerii, Tybure Segnia, Ardea, Porcilio, Antiatibusque potitur, Ostiāque, Romanorum portu fretus, urbem fame premiere instituit, quando tamen adhuc paratus ad pacem Albanus stabat, ad quam dierum 40 inducē concessæ sunt, gratiā Cardinalis Caraffæ, quā occupasse Albanum spe opulentii Sacerdotii, pro filio Notho facti dicebatur. Hic igitur exercitu per urbes occupatas distributo, instante hieme se Neapolim recepit, judicatusque est Romam expugnare potuisse, nisi reverentia Pontificis, & exemplum aliorum, parum secundā famā fortunāque id præstantium, consultō Ducem retraxisset: licet Cardinales Cæsarei in captivitate, & Cæsaris existimatio improbè traducta, ut si venenum Pontifici tollendo destinasset, ultionem exposcere viderentur. Et sanè quam syncerus id temporis Cæsaris erat regnorum terrenorum contemptus, tam falsum ejusmodi cupiditatis extremæ, cum tanto scelere, afflictum desiderium. Hærebat ille privatā in domo, aulā novo Principi relicta.

**CXXV.** Hic Carolus dum exspectat classis expeditionem, opportunitatemque in Hispaniam transeundi, astivo ad Cæsarem tempore Maximilianus Rex Bohemiæ Germania cum Maria conjugé Caroli filia, & ultimum dicturus vale, & dotis non intransacturus accessit, Bruxellisque postridie Iduum Julii magno honore, & Philippo Rege, & Cæsare cum sororibus obviā profectis introductus est. Cumque tabulis illi publicis dos confecta esset, ingenti pecuniæ vi certis pensionibus consignatā, Hispaniæ & Belgarum Provinciis Maximilianus renuntiavit, & instanti jam Caroli profectione, Augusti mēsis fine decessit, quando iteratis Cæsar ad Ferdinandum fratrem literis, imperio se illi lubentem volentemque decedere significat, felicitatemque recturo apprēcatur. Simulque tres ad Germaniæ sep-

tem-

1556.

CXXVI

tem viros Legatos, Guilelmum Nassauum Aurantii Principem, Sigismundum Seldium Procancellarii functum munere, & Wolfgangum Hallerum à secretis Regum literis servientem destinat, qui resignationis tabulas hac sententia perscriptas exhiberent. \* Carolus Dei gratia Rom. Imperator, &c. Omnibus ac singulis sa- crip-<sup>e</sup> tabulas profanique ordinis Septemviris, Principibus, Ducibus, Comitibus, &c. aliis que S.R. Imperii subditis salutem, &c. Multis magnisque de causis impulsis, he- reditariis filio Philippo terris cessimus, jamque mari propiores stamus, idoneū navigandi in Hispaniam tempus occupaturi, à quo nostro proposito, præter Deum, nemo nos est revocaturus. Propter hunc ergo meum in perpetuum abi- tum ad Ferdinandum Romanorum, Bohemiæ, Hungariæque Regem, fratrem nostrum charissimum, S. Rom. Imp. gubernatio, tanquam electum consecratum, que Rom. Regem. nostrumque in imperio legitimum successorem spectat. Ne quid igitur per nostram absentiam detrimenti imperium acciperet, coram qui- dem in comitiis apud vos renuntiare nobis fuerat constitutum; sed invalescens morbus propositum intervertit, meque proximè ad Hispaniæ portum aliquem jubet respicere, & quam haec tenus publicæ, nunc privatæ saluti curam impende- re. Quocirca ab universis petimus, juxtaque præsentes tabulas etiam potestate nobis concessa, imperamus, ut debitam Fratri fidem, obsequiumque præstetis. Qua expressa ultimaque voluntate nostra has literas concludimus, nostroque si gillo munimus. Zeburgi in Zelandia 7 dis Septemb. anni salutis 1556 Imperii nostri 36. \* Quibus Legati in Germaniam profecti comitiorum tempus proximum operiebantur. Alias Cæsar jam 27 Augusti literas ad supremi Tribunalis Spiræ Præsidem ejusque Assessores dederat; omnesque & de cessione sua, & de Ferdinandi observantia, tūm verò in primis de avitæ fidei cura ac defensione gra- vissimè est cohortatus.

Denique commodum nactus ventum, cum sororibus Eleonoræ & Maria Re- giniis, è portu Zelandico soluturus filium Philippum Regem ultimis amantissi- mus, ceu in vita non visurus amplius, constringit, postremisque verbis tam ar- dentibus Catholicam Religionem, eamque in regnis suis illibatè tuendam, hor- tatur, ut lacrymis intercipientibus vocem, orationem abrumperet, cautelâ ta- men pro Belgis placidè gubernandis additâ: ne extenorum jugo premerentur. Quod Philippus postea quamvis Hispanis magis fidens, impetrare illos à se pas- sus est, Provinciis in patriæ Principes distributis, ac Margaritâ Parmensi sorore è Belgis oriunda, cum suprema autoritate in suo discensu præfecta. Sed cum Gui- lielmus Nassovius, tot beneficiis à Carolo ornatus, à Philippo Hollandiæ, Zelan- diæ, atque Ultrajectinæ ditioni præfensus, in Regem Deumque perfidus, ad Geiz- fiorum (hoc istic Calvinistæ nomen sortiti sunt) partes accessisset, Ferdinandus Albæ Dux bello in Italia contra Francos Pontificiosque gesto clarissimus, ad re- stinguendum incendium advocatus, magis idem quodam arrogantiæ & severi- tatis Belgis intolerabili flabello concitavit. At hæc extra Caroli tempora, à Stra- da aptissimo hujus tragediæ scriptore petenda, avido lectori relinquam. Illud tamen monitus: nullum satis firmum adversus hæresin præsidium in quaenq;

1557.

rep. præter unam Romanæ Apostolicæque Ecclesiæ observantiam, à qua & Dei verbum, & ejus interpretationem habemus, collocari posse. Nunc bellum Italicum, & plexam à Deo in Francis induciarum violationem expendamus.

**CXXVII.** Dux Guisius æmulus in aula Montmorantii hoc repugnante obtinuerat auxilia contra Philippum pro Pontifice, & hæc Decembri etiam mense superatis Alpibus Insubriæ intulit, bellumque illic Januario mense auspicatus, non solius Pontificis se venire gratiâ ostendit. Valentia enim, hujus loci oppido expugnato, cùm Madruccius Cardinalis Trident. rebus præfectus, parvum ad defensionem instructus præcesset, ac Brisaccus bellum istic prosequendum, Albanumque hac arte evocandum sentiret, Mediolani trepidatum est. Sed cùm Hercules Ferrariæ Dux, qui Pontificiis confederatisque supremâ autoritate præerat, Ecclesiasticis terris ex Pauli mandato adesse juberetur, Brisaccus cum parte copiarum adversus Mediolanenses relictus est, qui aliquot locis occupatis expilatisque, nihil ad rei summam contulit. Italorum 20 totidemque Gallorum millia contra Albanum ducebantur, qui exploratis omnibus, domi se muniebat, dum occasio aliud confilium suppeditaret. Pontifex Româ Carassam Paliani Ducem cum Strozzi copiisque suis miserat, qui Ostiâ arce receptâ, Palianum aliaque Columniorum oppida, facile, nullo hostium comparente, invaserunt. Guisius, dum minùs interduces convenit, quâ viâ mars esset promovendus, Romam ad Pontificem præfetus, ceteris non minùs deliberandi tempus, quâ sibi suisque indulsit, cùm Farnesius Parmæ Dux, Insubriæ exercitus à Philippo dictus Imperator, Ferrariæ Duce invadens hunc sua sibi militia servire coegerit, Guisius verò, Camplio non magni nominis devicto oppido, Civitellæ munitæ urbis obsidionem aggressus est, quâ obtentâ facilior esset Neapolitanorum oppugnatio. Verùm infelix hic conatus omnem belli hujus vim confliaque pessimum dedit. Albanus enim interea collecto milite, & sex millibus Germanorum auctior, quatuor millia cum 500 equitibus M. Antonio Columnæ submittit, quibus ille fretus, cùm diversa loca invaderet resistenter sibi ante Palianum, Julium Ursinum Pontificium Duce prælio vicit cœpitque, ac Paliano recuperato, in Latio dominabatur. Albanus verò jam 20 circiter millium exercitu spectandus, hunc Guisii ad Turtureum (nam Civitellam deseruerat) castris opposuit, quotidiani cum eodem velitationibus collisus, pugnandi tamen nusquam datâ copiâ, quod Gallos morâ atterendos nosset. Quin postremò dimissis Neapolitanis, Siculis, Calabrisque ad urbium defensionem, ipse, trajecto amne Truento, Anchoranum expugnat, diripitque, ac per cetera ditionis Pontificiæ oppida, exercitum magnis passim cladibus circumducit, Guisio frustra per easdem regiones, pari vastitatis illaræ fructu, consequente, ut jam amicum juxta hostemq; ad suorum terrarum excidium se Pontifex evocasse cerneret, nihilque proprius aberat, quâ ut ipse 26 Augusti cum Roma in Albani potestatem incideret; quando hic ad urbem noctis silentio præsens, minùs custoditam facile habiturus fuisset, nisi falsa imagine instructæ per urbem defensionis illusus, se receperisset, Deo ultimam hanc Albani audaciam divertente. Qui tamen inter hanc armorum prosperitatem non destitit ad pacem iugis.

Parmensis pro Cæsar invadit Ferrariæ sem Gallicis federa- ratum. Guisius ob- sidione Civitellæ irrita, ab Albano deludi- sur.

Albanus Pontificiæ ditionem va- stantem Guisius frustra conse- quitur.

irritatum Pontificem invitare, quam demum necessitas ipsa persuasit.

Nam violatarum induciarum pœnas, non in Italia solum, sed & Gallia Deus CXXIX.  
 magnâ clade gentis exegit. Postquam enim istic Caspar Colignius armorum Ingenu  
 Prefectus Duacum pridie Epiphaniæ fraude armisque infelici aggressione ten- quoque  
 tasset, Lensio stiam occupato exustoque, magnam prædam abegillet, Philippus clade  
 Rex tantâ inter juratas inducias armorum insolentiâ irritatus, Mariâ etiam An- Galli in  
 glorum in societatem belli adductâ, ingenti constato utriusque gentis exercitu, Belgio  
 Sabaudo Duce, ipsa penetravit Galliæ viscera, & Sanquintinum arcta obſidione violatas  
 preſlit, quod cum Duce Annæ Monmorancio Stabuli Comite, & primo Regio- luunt in-  
 rum armorum ministro, Franci introducto milite, à periculo vindicare conan- ducias.  
 tur, commissa sensim utræque inter se copiæ, prælio Francis exitiali X Augusti  
 conflixere, cùm à Sabaudi hinc, illinc ab Egmondani Comitis equitatu abeuntes  
 intercepti, post dimidiæ horæ pugnam dissoluti, fugientes in præuentem jam  
 cum tormentis impedimentisque peditatum illisi, hos etiam turbatis ordinibus  
 aut occidioni, aut hosti se dedere coegerunt. Apparatus omnis in manibus Bel- Henric⁹  
 garum Anglorumque, cum ipso Monmorancio præcipuisque belli Ducibus, vel acceptā  
 cæsis, vel interceptis, relictus est. Cæsorum tria, Interceptorum quatuor ferè cen- ad S.  
 sentur millia Gallis non diffitentibus, licet hi attenuare cladem, extollere His- Quiati-  
 spani conentur. Certè hoc uno prælio Gallorum res spesque attrita haud leviter num cla-  
 fuere. Nam Philippo Rege in castra, cum majore præſidio adventante, urbs, dem omo-  
 quamvis aliquod ſubſidium accepisset, 26 Augusti dedita eſt, formidatumque, ne  
 ad ipſos Parisios Philippus, ſuccesſibus tantis audacior, duceret. Unde Henricus  
 extrema virium colligens nobilitatem tota Gallia, sub pœna amittendi honoris  
 conſribit, Parisiensibus quotquot arma ferre poſſent, induit, ſuasque in cohortes  
 legionesque diſpergitur, Guisium ex Italia properatō revocat, arma Scoto- nio ope,  
 rum in Anglorum gentem concitat, Helvetios Germanosque, quanto potest nu- revocato  
 mero, conſribit. Ut mirum videri queat, tantillâ, ut Galli jaſtant, clade, tantum  
 trepidationis incuſum toti Galliæ fuille. Hama deinde à Rege Philippo, à Sabau- etiam  
 do Noviodunum, & Chaunum in potestate redacta ſunt. Quando propiori instaura-  
 jam hieme Angli sub Penbrocho Duce, acceptis ſtipendiis, ad ſua propugnanda  
 remiſſi, facilem à Scotorum viتورiam retulere, ut hi pacem pro gratiâ amplexi ſint, te con-  
 ceteris etiam viتورibus, hoſte in præſidia ad ſolam deſenſionem intento, nimis  
 præpropero viتورiae fructu, quies data eſt, cùm Gallorum ardor, in tanti exerci- tur.  
 tis conſcriptionem impensus, nec brumaliſ frigore, niſi inſigni aliquo facinore, CXXX.  
 reſtingendus videretur.

Guisius, ubi in Italia mandata Regis accepit, Pontifici nihil conſultius pace ſeculum  
 fore, ultimo discriminis impendentis metu, persuasit. Quare ne timore magis, pacem  
 quam ratione amplexus oblatam toties ab Albano acceprare denique videretur, Pon. fici  
 Venetis Florentiæque Duce conciliatorib[us] imploratis actum, ut Cardinalis Ca- det, quā  
 raffa cum Albano, plena jam utrisque potestate illinc à Paulo, hinc à Philippo fa- benevo-  
 ēta, Cavis convenient, qui his legibus pacem concludere, ut singulari Philippi lam ab  
 denuſſione, hic victor, Victor Paulus cenſeri poſſet. Rex Philippus, aut ejus Legatus à Hispani  
 impeſiat.

1556

Pontifice ante dictorum veniam flagit et federi Gallico obnuntiet Pontifex; Regemque Philippum in gratiam recipiat. Urbium arcuumque possessionibus priores recipiantur Domini. M. Antonij Columnæ, Ascaniique & Balnei causa Pontificis Regisque arbitrio conservetur, Palianum interim (quæ occulta conditio erat, quod Paulus pro sua id familia speraret) sub custodia utriusque servato, dum lis decidatur. Gaius cum exercitu Gallico liber abitus commeatusque ex Italia præbeatur. His conclusis, Albanus postridie Idus Sept. Romam magnam populi applausu, (quod, licet vixit, reverentiâ S. Sedis pacem implorasset) ingreditur, pedesque Pontificis, cum venit deprecatione, exosculatus, præter captivos opulento Hispaniæ prioratu, profilio Notio, donatus est. Carolus etiam Cardinalis Pauli Nepos, honorificâ ad Philippum legatione missus, Palianum suæ rursum familiæ, eliminatis Caraffis (quiæ prima fuit armorum causa) Philippi donatione vendicare conatus est, ut postulantis hanc audaciam mirati, quem summo honore exceperant, nullo dimissuri fuissent, ni Philippus munificentia suæ exemplum datus, duodecim illi millium scutorum censum chirographo assignasset, quo tamen dono magis legato, quam Pontifici satisfactum est. Hicque reprehensus, ceu mandatorum neglector est, quæ prima fuit Pontificis offensa, quâ ab aliis sensim, ob morum in Nepotibus corruptelam, inflamatâ, severissimus exætor æquitatis Pontifex, & hunc, & Nepotes alios aungentia peccarat.

**CXXXI.** Iâ suâ proscriptis, justaque in se castigatione plexuit, quidquid sanguinis indul-

Carols

in Hispania

in Hispa-

niano

classe ap-

pellit, in

classe ap-

pellit, in</p

1556  
tos di-  
mittit,  
nullum.  
que om-  
nino pa-  
nitentis  
ob renū-  
iat onē  
argumē-  
tum reli-  
quit.

bitò deciderit, vir adè firmi inconcussique in semel delibera tis animi, ut nec hominum, nec elementorum vis illam infringere haec tenus fuisse visa. Ridiculumque est, quod Philippum Caroli filium postea dixisse comminiscuntur, cùm Granvellanus monuisset: anniversarium hanc esse diem, quo Pater Carolus regnis se abdicasset; exceptissime enim Philippum, & anniversarium quoque esse, quo facti pénituisset. Certè qui ejusmodi fabellis assentiuntur, iisdemque, cœu probatis, chartas illinunt; hi mihi non in Carolo, sed in seipsis animi judiciique infirmitatem declarare videntur. Humilium enim ea labes mentium est, ut cùm tam altas cogitationes vix queant in se concipere, in aliis vix possint credere. Nullus sane vel dignus tanti commenti autor, quo meritò ipse Philippus erubesceret, cœu patris opprobrio delectatus, vel umbra pœnitentia, tam illustre Imperatoris factum obscurasse comperta est. Qualis facile invidorum quorundam, obtrectantium que ejus gloriae scriptorum oculis obversari potuit, qui ex desperatione inclinata felicitatis Carolum potius, post duram apud Metas repulsam, quam ex virtutis salutisque impensius curandæ studio, cessisse imperio credunt, quin etiam hoc ipsum ambitioni gloriae majoris imputant; ut cùm hanc desperaret imperando augeri abs se posse, non imperando occupare conatus fit, raritate facinoris Regum apices transgressurus. Quibus ut ego magis credam de recondita hominis mente conjectantibus, quam Carolo sua causas abdicationis commemoranti, nunquam adducar: neque enim ad tam levem, quem sustinuerat, infelicitatis imperium nutare tam excelsi Principis animus poterat, quem extremi nunquam casus, vel in Africa, vel in Germania bellantem percellere, suaque deturbare constantia visi sunt. Jam verò ejusmodi impulsum gloriae mortalis ambitione, qua ad animæ suæ salutem majoremque Dei gloriam enīsus sit, omnemque humanae dignitatis fastum calcārit, nec ipse quidem Momus in homine carpserit. Paucitatem Principum, licet honoris gloriaeque humanae incrementis mirificè delectentur, hanc ambitionis Carolinæ viam consequantur, laudandumque in tanto Cæsare impensè suscipiunt; quod sibi non ducunt imitandum.

Certè Carolus Vallisoletum leticâ vectus in frequenti Procerum Hispanorum consellu, abdicationem hujus regni in Philippum solenni ritu, probantibus optimatibus & acceptantibus, iteravit; ut quantam à pœnitentia facti absuerit, manifestè liqueat: tūm invisendi salutandique istic nepotis Caroli, ex prima Philippi conjugie Maria, non multò ante hujus mortem nati, cupidus aliquantulum sublittit, suamque cum amplexibus indolem frustra insinuare conatus est, quod nativam adolescentis minus probaret, infelicibus postea ferocientis juvenis vinculis cohibendam.

Cæsar, ut potuit, ad pietatem virtutemque animatum unà cum sororibus reliquit, seque ad Provinciam Extramaduram, Lusitanias & Castellæque fines inter, ad Monasterium D. Justi Eremitis D. Hieronymi in solitudine addictum, contulit, istic ab omni mundi & regnorū strepitu procul semotus, uni Deo salutique suæ ultimum ætatis consecratus. Locus ille Sertorio fortissimo Romanorum Duci, Syllanâ proscriptione damnato, amatus olim, fugienti latebras, doloque morien-

CXXX  
III.  
Valliso-  
leti sub-  
sistit &  
coram  
Proceri-  
bus re-  
gnum  
abdicat,  
ac Nopo-  
tem fa-  
luat.  
CXXX  
IV.  
Ad Ere-  
mitorū  
Hic ony-  
gina n  
S luti  
dines  
ti

<sup>1556</sup>  
**Castellæ** ti sepulchrum præbuisse fertur. Octavo à Placentia Castellæ que turbe situs lapide discedit, & angusta cellæ habitat, amoenitate non minori vallium, quam collum, ita hiemis æstatisque injurias temperare solitum, ut salutaribus ad insignem moderationem auris perfruatur, quæ afflito Imperatoris corpori, ad animum inter ruinas illius erigendum in primis erat optata. Domus hic illi jam anteventuro excitata fuerat, illius Monasterii appendix, talis ex Caroli ipsius præscripto, ut sex septemve in ea numerarentur cœnobiticæ cellæ, viginti in latum longumque complexæ spatiū pedes. Unde aspectus egressusque pateret in hortulum fonte irriguum, & citris limoniisque confitum. Hoc sibi tot fegnorum Dominus, & gentium Imperator maximus designaverat stadium vitæ ultimum, quod, ut facilius decurreret, angustis conclusum fuibus, Herculeas quidem Carolini symboli metas, ac columnas; sed mutata non nihil inscriptione, non plus ultra, admitteret, ubi metator ille castrorum, ultima fibi stativa post tot gentium victorias, ad cœlum expugnandum felici conatus fixit, laudabilius nunquam auspicatus bellum, quam quo cœlites ipsos, jactis quibusdam velut religionis vallis, considereret, victurus etiam dum caderet.

<sup>An. 1557.</sup>  
**Ceteros** Huc igitur sub exordium anni 57 è familia, quam secum duxerat, sexaginta hic Mi- capitum; Scarandillam ad vicinum municipiū omnes dimisit, præter duodecim, nistros quos secum ad domesticum usum servitiumque detinuit; uno soldum equo in u- dimittit, præter 12 sum servato, quo nonnunquam ad vicinas silvas, aliquo satellitum comitante, animi gratia ferebatur. Victus alimentumque frugale adeò, ut è centum ducatorū ad sua millibus, qui ex annuo censu obveniebant, vix quatuor ab ipso millia insumpta domusq; ministe- sint, reliqua pauperum impensa necessitatibus, & calamitosorum hominum eria neces- molumentis fuerint. farios.

**CXXXV** Prima Caroli cura, quæ salutis in decessu regnorum erat, mansit in secessu. Solemis illi alias inter gravissimas quoque bellorum curas occupatio fuit, in Canonice Ecclesiæ horis Psalmisque Davidicis matutino tempore evolvendis, hos deinde dum valetudo pateretur, cum Monachis etiam psallendo decurrere familiare, tum illustria sanctorum hominum, pietatis virtutumque aliarum decora è volumine aliquo, legendo, audiendove prosequi usitatum. Ad hæc sua erant labori, dum posset, corporis, sua ingeniosis quibusdam commentis ad exitum deducendis distributa tempora. Visus est areolis in horto partiendis triumphales commodare manus, insititiisq; pomorum ac pyrorum surculis infecundos aut amaros, fructibus maritare truncos. Quin etiam mathematicis nonnunquam indulgere, cum Janello Turriano illarum rerum peritissimo, artificiis, & nunc horologiorum moderandis rotis, quam bellicorum olim tormentorum præesse jucundijs: nunaquis non minus ducendis, quam militibus olim peritam adhibere manum. Illius quoque experimenta Archimedis, sui ingenii felicitate, ad novas quasdam machinationes aquarum transferendarum exacuere. Ut quod deinde ab hac solitudine reversus, post mortem Caroli, Turrianus opus molitus est, Tago amne ex Toletana valle in mótem traducto (ut sua non minus arti, quam naturæ miracula suspetunt) id communicata mentis perspicacitate Carolus, haud parum promovisse existimatus sit. Et Turriano cura erat, ut aliis alioque pre- fectus.

fertim à mensa, dūm animus à severioribus avocandis studiis est, oblectatione  
artis sūx distinxeret, ut nonnunquam evolantes de sinu artefactas aves depro-  
meret, nonnunquam armatas interque se pugnantes educeret in mensam equi-  
tum peditumque fabrefactas phalanges, ubi & suis quæque tympanis tubisque  
præluderent. Quodque ad utilitatem non minus, quam oblectationem faceret,  
molas è ferro, suāpte machinā versatiles, tantæ condidit subtilitatis; ut sub Reli-  
giosimanaica occultari, tantæ virtutis, ut triticum octonis hominibus alendis suf-  
ficiens, quotidie possent conterere, ne solas Archytæ colimbas, aut Myrmecidiæ  
quadrigas ex antiquitate admiremur. Sed hæc à sanctioribus curis diverticula  
atque oblectamenta, principio crebriora, sensim evoluere, animo ad inclinatæ  
jam ætatis reliquias uni Deo salutique dicandas magis intento, ut hic detrimen-  
ta corporis in suum indies emolumentum, divina sedulitate transferre videre-  
tur. Hinc crebra noxarum deploratione atq; expiatione mundare coram Sacer-  
dote mentem, cœlestique eandem epulo reficere: quanquam interdùm, non jeju-  
no ob imbecillitatem stomacho, facultate ejus rei sibi à Pontifice delatâ, quin e-  
tiam flagellis, exorbitantis quondam corporis voluptates, seriâ castigatione in-  
flictis, vindicare, ac suo ad præterita etiam vitia crux erubescere. Mansitque in  
manibus Philippi filii Regisque ejusmodi flagellum patrio respersum sanguine,  
quod morituras Philippo III filio suo, cum avitæ virtutis commendatione, nec  
absque tenero pietatis sensu, transcripsit.

Suam CXXXVI. Philippus victori-  
huc ad S. Quintinum victoriam Carolo Rex Philippus per Legatum significavit, simulque rerum ex illius eventu agendarum consilia Patris oravit. am indi-  
Cui ita respondit Carolus, ut sibi gratum quidem ejusmodi nuntium, at minimè canti, po-  
improvissum fuisse diceret; quod Deustam apertos induciarum, & recentium scentiq,  
quidem violatores, haud soleat ferre impunitos. Ceterum quod ex se posceret consilii  
consilium, id minimè à se, & præsenti in re, & secuturis in calibus requirendum respon-  
esse. Habere illum penes se non minus perspectæ fidei, quam probatæ experien- det illud  
tiæ viros, eorum auditis ponderatisque rationibus, ultimo ad Dei opem gra- imposta-  
tiamque implorandam configiat, ac sic denique quod visum pluribus meliori- rum ope-  
busque fuerit, quodque ad majus reip. & divinæ gloriæ bonum faceret, hoc secu- à se, sed  
rurus amplectati. Ita sapientissime Carolus, etiam cùm subterfugeret, optimum fi- Consi-  
lio consilium reliquit. liariis

Porrò dūm in hac solitudine eis animi corporisq; laxamentis piè indulget Ca- CXXXVII.  
rolus, intelligit se Romæ etiamnū pro Imperatore summo haberi. Negabat enim Trium  
Pontifex ei renuntiationi vim inesse, quæ autoritate sedis eam supremam digni- Elector  
tatem conferentis peracta non esset. Unde admiratus Carolus est, se postabdica- m... .  
tionem licet invitum adhuc imperare. Legati ad Septemvirolos in Germaniam flumi-  
appulerant, sed plurium Electorum mors, aliaque impedimenta, comitiis in alte-  
rum annum dilatis, eodem otioso, non sine Nassavii Principis inter agnatos hæ-  
reticos morantis exitio, distinebait. Unde is, pro raro Legationis perfunctæ flumi-  
munere hæresin, eversionemque tot Provinciarum in Belgium reportavit.

Porrò Electores ad Rhenum tres uno mors anno, nec sine ordine, velut cum

1557.

flumine descendens, sustulit. Primus Fridericus Elector Palatinus 4 Cal. Martii ex hujus vita statione avocatus est, mutata religionis Patrum, rationes coram supremo tribunali editurus. Cujus utinam acta sicut & alterius Friderici Saxonici extarent ad exemplum mortalium, quos ille novanda religionis pruritus incessit! A: Superis id placitum non fuit Erit, cum abunde cognoscantur; sed lublicis in ruinam, stantibus in gloriam. Nec multò post hunc Joannes Augustus Trevorum Archiepiscopus, inter postrema Isenburgicæ familiae decora, Catholicæ religionis invictus defensor mortem appetiit, subeunte in cathedram, Joanne à Petra, Adjutoris jam ante munere variisque legationibus, cum eximia prudentia laude, perfuncto. Cujus, dum haec recolo, pronepos Carolus Casparus à Petra eadem sede potitur. Denique Adolphus Archiepiscopus Colonienlis die 20 Sept. morte est sublatus, non illius solum Diœcesis, sed Ecclesie Germaniae adversus heterodoxos columen: cuius, seu metu, seu reverentia, Guilelmus Dux Julii, satis in religione frigidus, stetit tamen, licet contentionibus de jurisdictione Ecclesiastica (quam sibi Adolphus, Dux in terris prisco more liberam vendicabat) subinde collis. Alter ex Schawenburgica familia Comes Antonius, frater fratri raro exemplo, in Colonensi insulâ successit. Haec etiamnum superiori anno 56 mors in Germania perpetratavit, cui hoc anno 57 Januarii 8 die insignem adjecit religionis novæ victimam Albertum Brandenburgicum illam Germaniae totius, per tot bella, vastitatesque latè perpetratas facem incendiumque, qui denique in flore ætatis, desertus ab amicis & hostibus, Deo hominibusq; execrabilis, Phorcæ in Badensi ditione, computruisse vivus, & pediculari morbo inter summos cruciatus, extinctus memoratur. Illo fruitus mortis apud alios solatio, quod cùm vivum deplorasset Germanai, mortuum non lugerent. Alia Principum hujus temporis fata prætero, cùm haec ad memoriam astata per funera magnorum Germaniae comitorum procrastinationem queant sufficere. Convenierant ordines Ratisbonæ superioris anni tempore, Ferdinandumque post Augustanam pacem urgebant ad finiendas religionis per imperium controversias, aut Synodo nationali (nam universalem aversabantur Lutherani, & Catholicæ quoque impediebant) aut colloquiis, vel denique comitorum sententia. In his enim ubique se potiores fore credebat Protestantes; quanquam ipsi aliis aliquaque inter se subnascentibus sectis, quotidianis pænè ministrorum conflictibus, non levius, quam nuper cum Romanis luctabantur. Et validissimo quidem impetu Sacramentariorum, quorum hoc tempore Calvinus Bezaque Duces, Lutherani quatiebantur, præcipuis horum Magistris ad illorum senilim præcipitia (ut in semel impulsis facile est) deviantibus, ut mox apertius prodendum est.

CXXX  
VIII.  
Institutū  
Wor  
matiæ  
collo  
quium  
magna  
dissensio  
ne & cō  
fusione  
Lutheran  
orum  
solutum,

Ferdinandus rei necessitate Romam prescripta, admisit inter eruditissimos quosque utriusque religionis, hinc atque hinc duodenos colloquium, idq; Wormatiam ad 13 Martii anni 57 constitutum est. Pontifex quanquam improbaret factum, misit tamen Petrum Canisium, validum ex Societate Jesu Romane antiquæque fidei, ut jam scriptis monstraverat, propugnatorem. Huic accessere Michael Episcopus Mersburgensis, Delphius Suffraganeus Argentinensis, Frideri-

cus



1557.  
Goldast.  
Conf.  
Imp to 3.  
Rovar. 1.  
5.Sur.in  
com. Pz.  
lav. l 14.  
c. 6. Ad 4.  
Imper.

cus Staphylus ex heterodoxorum traductus castris, & duo Thologi Lovanienses. Nam Cropperus, Ciloniensis illud Ecclesiæ lumen, ut hunc actum illustraret (quem auctorum potius religionis tenebras, quam discussum sentiebat) quantumvis orante Canisio, inducere non potuit. Qui non multo post anno 59 Romam purpuræ gratiæ evocatus, hanc supplex evitavit, eodemque anno, gloriösus, sine illâ admissâ, ibidem juxta Adrianum Pontif. sepultus est. Ex altera parte in aciem producti antesignani duodecim Protestantium, quorum mox de promam nomina. Præfectus disputationi arbiter directorque controversiæ à Ferdinandῳ Rege Julius Pflugius Episcopus Naumbergenis, jussique ante omnia de modo concordandi disceptare, ac de eodem ad Ferdinandum referre, cui per Carolum fratrem jam sibi commonito, cantela erat, ne quid inconsulis priscæ religionis Theologis admitteret. Disceptatum primo igitur de concordandi methodo cùmque aliam Confessionis Augustanae præter Scripturam S. eamque in dubiæ interpretationis locis, per non dubia Scripturæ loca exponendam affererent; cetera verò eo modo per Scripturam nō definita in fide acceptanda non esse statuerent: jussi edere exemplum, quo suos contra Romanos fidei articulos hoc pacto firmarent, accessuris ultrò Catholicis si id possent: cùm de originali peccato, quod in concupiscentia ponunt, id conarentur, repente non exponendi solū rationes; sed & opinionibus ex Scriptura haustis, inter se pugnare comperti sunt. Quod Catholicis jam sat fuerat prævisum. Quare prudenter Julius hanc quæstionem ingessit; cùm hæc religionis conciliatio, vi pacis, inter solos Catholicos & Augustanæ Confessionis homines instituta sit, declarandum ante omnia esse, ceterosne sectarios, ut Zwingianos, Osiandristas, Anabaptistas, Synergistas Adiaphoristas, aliosque ab Augustana Confessione dissentientes ipsi damnent, soliq; Augustanæ Confessioni de creverint infilere? Tum contrahere humeros, inter se conferre sermonem, dissidere ac contendere, incerto sententiarum astu, his afferentibus, illis negantibus, ut jam solius Scripturæ patrocinium ad hujus litis decisionem desiceret. Schneppius, Strigelius, & Stosselius, Theologi filiorum Friderici Saxonis, & cum eisdem Morlinus & Sacerius assertè statuerunt: reliquos se omnes à Confessione Augustana dissentientes Sectarios damnare. Septem verò reliqui, ut Melanchthon, Brentius, Bullingerus, Illyricus, & Augusti Electoris Theologi negarunt hos, nisi causa ante legitimè cognita damnari posse, ceterosque à se rejecerunt; quod soli Augustanæ Confessioni adhærentes reciperent dissentientes ab eadem damnarent. Unde cum magna Protestantium inter se dissidentium confusione hoc colloquium abruptum est, patuitque, quis ex sola Scripturarum decisione fructus concordiæ, inter illos, ubi quisque sibi interpres optimus, sperari possit. Cùm, ut Sampsonis vulpes caudis colligatae, in diversa capitibus abeant, usi Ecclesiæ Catholicæ adverterentur, ipsi verò diversas sibiq; oppositas erigant. Et hi quidem septem, qui turpissimè hoc colloquio ab Augustana Confessione desciverunt, hujus erant religionis Proceres, ejusque conditor Melanchthon: ut duorum Nicolaorum Ambsdorffii & Galli Symmytarum scriptis acerbissimè jactati sint; quod constaret Sectarios ceteros in gravissimis,

Luthe-  
ram in  
hac quæ-  
stione,  
num  
Zwvin-  
gianos  
aliasque  
sectas  
damn-  
rent, hæ-  
rent &  
dissen-  
tiunt.

de

<sup>2157.</sup> de lege, & Evangelio, de justificatione, bonis operibus, ac sacramentis, controversiis dissentire, palamque jam contentiosissimis inter se scriptis, mutuâque in se invicem damnatione exarserant; ut Joachimum Westphalum, & Calvinum recentibus exemplis perpetraſſe constabat. Unde apparuit nullum commune medium hæreticorum ad sanitatem reducendorum, niſi vel iræ, vel miserationis divinæ reperiri posse; iræ, quæ bello calamitatibusque ad obsequium Ecclesiæ intrare compellat; vel miserationis, quæ per divina prodigia, aut infusum cœlitus gratiæ lumen, ad mentem nonnullos revocet, quod equidem in hac caligine versantibus ex animo precabor. Ex hoc tam infelici exitu, omnis deinde Protestantum ad colloquia aspirantium pruritus quievit, frenumque repertum est, quo possent indomiti illi spiritus, si non amore veritatis, confusione certe metu contineri. Sive enim dissentiant à Sectariis aliis, confunduntur, quod suo se falli principio ac Scriptura Judice dissentire, non possint negare: sive consentiant, majori suorum opprobrio jam à cœpta religione discidunt.

CXXXIX. IX. Bellis per Italiam compositis Dux Guisius ad Henricum novo jam exercitu

<sup>An. 1558.</sup> instructum reversus in Galliam, mediâ hieme minimè quiescendum ratus, cùm, <sup>Bellar. I.</sup> Monmorancio capto, sumnum ipſi exercitus imperium delatum esset, ut insig-

<sup>28. Nata.</sup> niori aliquo facinore contraq[ue]am in Italia negligentia maculam, clademque nu-

<sup>I. 11. Henr.</sup> per ad S. Quintinum acceptam compensaret, iplis Januarii calendis anni 58 Ca-

<sup>Cterus 1. 15.</sup> letum Anglorum, in litore Belgico, portum aggressus est, postquam fluctuante a-

<sup>In Philip.</sup> liquandū exercitu alibi vim minatus, hic denique convertisset. Præmonuisse

<sup>Guisius</sup> Philippus Anglos de periculo fertur, suumque etiam obtulisse ad firmandum

<sup>In h. eme</sup> Caletum præsidium militem; sed cum illis hoc parū videretur tutum, hosti præ amico

<sup>impro-</sup> locum reliquerunt. Guisius enim tantâ violentiâ tormentorum muros impulit,

<sup>viso ob-</sup> ut illa tridui hinc itinere auditâ Antwerpiæ, septimoque die patefacto aditu,

<sup>Si. et, ex-</sup> priusquam Angli aut Philippus subsidio adesse possent, victori nobilissimum hunc

<sup>pugnat</sup> Anglorum portum, quo in G. iam potissimum ducentorum annorum retro spa-

<sup>que rarâ</sup> tiis formidandi hostes effundebatur, Guisius subiit. Anglos loci munitissimi fidu-

<sup>sui no-</sup> cia securitasque perdidit, in quo se Galliam compedibus constrictam Angli te-

<sup>minis</sup> nere, aut, ut alii, claves Galliæ ex angulo se ferre suspensas jaſtabant, quemque

<sup>Gloria.</sup> Eduardus III Rex, anno pænè integro, terrâ marique pressum expugnarat, Gui-

<sup>CXXXX.</sup> sius unius hebdomadis opus fecit, tantâ gloriâ, ut à totâ illi Galliâ, voce, stylo,

<sup>Ther-</sup> triumphis applausum fuerit. Guinâ haud multò post ad deditiōnem coacta, &

<sup>me Gal-</sup> Hamâ ab Anglis profugis deserta, jam solo terrore armorum vicem fungente,

<sup>liz Mi-</sup> Hinc Guisius per Arduennam exercitum deflectens, præter alia minoris mo-

<sup>reſcallu-</sup> menti oppida, fortissimum ad Mosellam propugnaculum Theodonis villam oc-

<sup>ab Eg-</sup> cupavit.

<sup>monda-</sup> Thermeus Mareſcallus Galliæ cum parte exercitus Caleto propugnator re-

<sup>ro ad</sup> lictus, non infelicibus auspiciis, Dunckeram expugnavit, dum denique post tot

<sup>Grave</sup> clades, velut e somno Philippus evigilans, Emmanuel Sabaudia Ducem ad-

<sup>lingam</sup> versus Guisium, Lamoralem vero Egmondianum Comitem adversus Thermeū

<sup>proclus</sup> destinat, ipſe postremo cum majoribus copiis, eò ubi res posceret, accessurus. Eg-

mon-



mondanus Therneum haud procul Gravelinga, ad ostium fluminis Ma<sup>na</sup>, prædā gravem nactus, cùm, celeritate usus, præoccupasset iter, ad pugnandum coëgit, licet relictis ipse à tergo bellicis tormentis nudam hostilibus cogeretur aciem objicere. Quod eo ardore factum, ut primum horum impetum pluribus licet carentibus, ipsoque Egmondani equo, sustinerent, tūm immisso equitatu tormentorum præfectos cum iisdem occuparent, ac subinde cum equitibus equites, cum peditibus pedites ancipiti diu marte dimicarent; donec casu allapsæ Anglorum naves bellicæ decem, & stiue marino in ostium fluminis illatæ, cùm Gallos pugnâ illic arctari inteligerent, re Egmondano significatâ, militarem enavibus tormentorum grandinem depluunt, ut dejectis postremò animis, quot ferro non ceciderant, victoris se clementiæ permitterent, vexillis, impedimentis, bellicisque machinis & apparatu in Belgarum manibus relictis, Thermeus in capite fauciis, inter ceteros captivus fuit: ut alternante fortunâ bellorum, Gallis fortissimi cum milite Duces, Belgis urbes eriperentur. Illorum plures tribus cæsi millibus, totidemque captis: ubi vires acciæ essent, Rex Henricus quantis potuit copiis subvenit: nec segnis rerum Philippus triginta facile peditum, equumque millia quatuordecim Dorlanum, velut oppugnaturus dicit, contraque Rex Henrico haud procul Ambiano castra objicit.

## CXL.

Accepta  
clade  
rursum  
Galli ad  
pacem  
inclinans  
tur, sed  
mors Re-  
ginæ An-  
glie hæc  
ob alia  
consilia  
diffevit.

Sander de  
Schism.

Angl. l.3

Palau. in  
Trid. l. 14  
c. 8

CXLII.

Elisabe-  
tha à Pô-  
tifice re-  
pulsam  
passa, cū  
casu, apud veros Judices, periit, cùm in desertos errores (ut ad deteriora proni regno sumus) uno impetu, favente nobilitate ac vulgo prolapsa rediit, non tam facile à rursum recidiva hac febri, licet expertissimi non desint Medici, nec profligata omnino deficit.

Ubi cùm inter mutuas velitationes tribus ferè mensibus Reges hærerent, neu-  
trâ partium ad decretoriam pugnam, suis è castris prodeunte, actum pro constan-  
ti pace acriter, Monmorantio, & Mariâ Anglorum Reginâ, incensis hanc studiis  
promovente; sed hujus inopinata mors, rem pænè confectam distulit. Variorum  
in hoc regnum affectionibus desideriisque tanquam ventis, hanc pacis biremem,  
in diversa jactantibus; cùm Rex Henricus Mariam Reginam Scotiæ regii An-  
glorum sanguinis puellam, quam nuper Franciso filio suo quindecenni Scoto-  
rum Rege coronato desponderat, Anglis nequicquam offerret, qui Elisabetham  
Henrici ex Bolena filiam, ex Patris testamento prætulerunt, cum quâ ne Phi-  
llippus rursum sociaretur, metuenda Gallis conjunctione, spem Philippo & ho-  
nestæ pacis, & nuptiarum tam Regi, quâm Sabaudo sua ex domo fecit. Unde  
bellorum utrimque aculei magnopere hebetati, in pace demùm conciderunt.

Elisabetha Catholicæ magis religionis fronte, quam mente regnum ingressa,  
ad Paulum Pontificem Legatum misit, qui à se tanquam Angliae Regina Pontifi-  
ci obedientiam deferret, sed negavit Paulus hanc se posse agnoscere, in succe-  
sione, legitimam, cuius natales ceu illegitimi à Sede Romana damnati essent. CXLII.

Quem Pontificis rigorem, totius regni, nondum satis per Cardinalem Polum  
(nuper quoque à morte Reginæ defunctum) in Catholica religione stabiliti, ob-  
versante ante oculos discrimine, sunt qui accusent; sed contra alii, & equitate, a-  
junt, etiam mundo pereunte, non esse decadendum. Et certè Anglia, hoc iterum  
casu, apud veros Judices, periit, cùm in desertos errores (ut ad deteriora proni regno  
sumus) uno impetu, favente nobilitate ac vulgo prolapsa rediit, non tam facile à rursum  
indolissatio sit, ad sanitatem redditura.

1558.  
Medole-  
ratus de  
abdicat.  
Caroli  
sum 2.  
kif. Ger.  
Palau.  
sup.c.6.  
CXLIII.  
Legato-  
rum Cæ-  
saris ab-  
dicatio-  
cunctan-  
ter ab E-  
lectori-  
bus ad  
missa, à  
Pontifi-  
ce rejici-  
tur, fru-  
stra alii  
obmitten-  
tibus.

1558.

Hæserant in Germania hucusque Legati Caroli Imperatoris, neque illa in comitiis facta renuntiatio, quod nec Ferdinandus, nec Septemviri hac magnopere delectarentur. Ille quidem ultiro cum morte Caroli brevi obventuram videbat dignitatem, quaे citra controversiam esset; ideoque non existimabat, muneribus apud Legatos, precibusque apud Pontificem, cùm tantillâ temporis, quo Carolus visturus esset, usurâ, operose redimendam; hi se quoque inconsultis abdicasse Imperatorem minus esse probandum censemabant. Cùm, ut in generatione à primis causis ad ultimas, ita in resolutione ab ultimis ad primas redeundum videatur. Nassavi: tamen, cum Seldio & Haliero in comitiis Francofurtensibus ad Mœnum mense Februario anni 68 auditи sunt, & 24 die, qui S. Matthiæ Apostolo facer est, singularique semper Caroli felicitate notatus fuit, renuntiatio Cæsaris, quanquam non sine obmurmuratione, acceptata est, imperiumque solenni cæremoniâ, pridie Idus Martii, in Ferdinandum fratrem quinto & quinquagesimo ætatis ipsius anno translatum, fidesque & obedientia, ut Imperatori, praedita. Sed consultius facturum fuisse Ferdinandum, si mortem ante Fratribus expectasset, quam imperium, mox patuit. Nam Pontifex rebus Austriacorum, atq; iccirco etiam singulariter Ferdinandi offensus, quod is inconsultâ Romanâ sede multa in comitiis colloquiisque de religione tractasset, pacemque huic iniquissimam Passavii Germanis indulxisset, utriusque in Eucharistia speciei usum permitteret Austriis, Maximilianum filium pñne in consertio & familiaritate hæreticorum educasset, ut ex illa contagione nihil adhærere, vix credibile appareret. Quare, cùm negaret Pontifex Electoribus aliam, quam à morte Cæsaris, eligendi Imperatoris facultatem competere, hanc in Concilio Cardinalium irritam esse electionem, uti & ante Caroli abdicationem, declaravit, multoque id maximè alio etiam statuit ex capite, nempe hæreticorum Principum irritâ ad Romanum Imperatorem designandum potestate. Hac enim non minus affirmabat, quam Romana fide excidisse; cùm non nisi illius virtute niteretur, ut ex Carolinæ Bullæ legibus compertum sit. Hinc Martinus Gusmannus, ex Hispanica nobilitate Romam, legationis munere à Ferdinandō destinato, missus obviam, qui significareret: abstineret Româ, ubi pro Legato Cæsar is accipiendus non esset. Unde is ad Tiburtinum digressus agrum substitit, dum Ferdinandi hoc in casu deœcta acciperet. Pariter Philippi Regis hac in causa Orator exclusus est, & quamvis privatim Gusmannus admissus auditusque, Gropperus etiam tūm Romæ apud Pontificem, de Germaniæ rebus erudiendum, ageret, omni eloquentia, & Ferdinandi incorruptam in fide mentem, & necessitatem admissorum, sine quibus funditus omnis religio evertenda fuisse, Paulo ante oculos proponerent; istamen, quâ erat animi, in semel conceptis obfirmatione, nullis se deduci à proposito rationibus passus est, sed Gusmanno respondit, Legationem à se ad Carolum Imp. missum iri, cùm quo tantâ rei deliberationem suscipiat, ut fallendi magis negotii, quam absolvendi consilia spectasse visus sit. Nam nec morte Cæsaris quidem, post trimestre nuntiatæ, haec sua opinione dejici potuit, donec annuo vix postea decurrente spatio, mors cum vita obstinationem eripuit, Pio IV successore omnia ad votum Ferdinandō largiente,

Sol-



8151  
App.  
Scard. G.  
parox  
bifor. se.  
z. Chron.  
Leyon.  
CXLIV.  
Leyonia  
bello ac  
hæresi  
afflita,  
ab impe-  
rio defi-  
cit.

Sollicitabant hoc eodem tempore Ferdinandum Imp. Livoniæ periclitantis casus, istuc enim Archiepiscopus Rigenis è Brandenburgica gente libertate religionis admissa, haud levi hanc gentem discrimini objecit, cum domi hæresis, fo- ris Moscus oppugnaret. Sed duo laudatissimi Ordinis Teutonici Magistri, è Westphalica inferioris Saxoniæ nobilitate, & Moscorum se insultibus prisca contra hanc gentem æmulatione decertantibus opposuere, & religionem ortho- doxam tutati sunt. Donec gemino externo juxta domesticoque hosti fuit suc- cumbendum. Prior horum (quod in utriusque familie hoc tempore tam Pader- bornensem, quam Monasteriensem principatum obtinente, laudem comme- moro) Henricus à Galen fuit, qui Magistratus Teutonici clavum, strenuâ adver- sus Moscos operâ, & injuriarum vindicatione sustinuit, gloriosaque superioris anni morte defunctus, in manibus successoris Guilelmi à Furstenberg reliquit. Hic civili ab hæreticis passim invalescentibus & sacra profanaque violentibus, hostilique bello à Joanne Basilide ferocissimo Moschorum oppugnatus Duce, (quod suorum eversa ab hæreticis templa, interversumque solenne tributum quereretur) cum impar tot hostibus esset, ad Germanici imperii Proceres sub cur- jus clientelâ Magistri erant, pro auxilio configuit. Sed Nervia Torpatoque in Moscorum potestate relictis, cum difficile esset adversus tam potentem hostem patrocinium, nec in sequentibus Augustæ comitiis aliud præter centum aureo- rum millia Germani Legatis Furstenburgii deferrent, hic federe cum Sigismundo Polonorum Rege initio auxilia contra Moscum pactus est, translatoque in Gothardum Ketlerum Magisterio, ad quietem, senio gravis, concessit. Quan- quam hanc illi Moscorum arma & captivitas inviderint. Porrò Ketlerus deni- que Alberti Brandenburgici exemplo à fide & imperio ad Polonorum cliente- lam perfidè transgressus, ostendit quā potens regnorum transformatrix dis- cordia sit hæresi religionis animata.

Et certè hujus imminentis malitimore, quod intimis jam regni Galliarum visceribus gliscere Henricus Rex, externis hæreticorum Principum temerè au- xiliis è Germanis Helvetisque in regnum admisisse, serius quā par animadver- teret, pacem diu agitatam cum Philippo Hispaniarum Rege Cambrisii, haud procul Cameraco (unde Cameracensis dicta est) conclusit. Priùs tamen cum Eli- saetha pactus, quingenta aureorum millia se persoluturum, si post octennium, Caletum non restituat. Inter Reges igitur 3 Nonas Aprilis anni 59 convenit primò Ferdinando Rom. Rege faces subjiciente, ut ad religionis dissensiones tollen- das Concilium generale impulsu omnium urgeatur. Deinde ut restitutio utrinque omnium sicut locorum quo octennio integro vi dolore occupata sint. Quā lege S. Quintini sanum, Cha- stelletum, Hama, Franci: Thegdonis villa, Marieburgum, Iodium, Danvillerum, Monme- dium Belgis reddit. Terovvanus ager, vetita arcis instauratione, Gallis relitus, parte Ec- clesiasticorum bonorum Audomarenibus addicta, Hesdinum illique conjuncta Regi Philippo maneat, cum Charloij comitatu, sed jure clientele penes Henricum persistente. Comitatus fani D. Pauli Dominae Tuteville, Marchionatus Monferratenis Mantuano Duci, Media- nensibus Valentia, Genuenisbus adempta in Corsica restituantur. Tertiò Rex Philippus Elisa- betham

1553.

berham Regis Henrici filiam uxorem cum dote quadringentorum millium aureorum lilio-  
rum ducat : Emmanuel verò Philibertus Sabaudia Dux Margaritam Regis sororem cum  
dote trecentorum millium & restituzione Sabaudie & Bresse Ducatibus conjugem habeat.  
Cui dono accedunt comitatus novem, principatus Pedemontanus, Marchionatus Cheure, re-  
liquaque à Patre olim possessa, exceptis quinque locis, in quibus Turinum & Pinerolum in  
potestate Henrici relinquendis, dum vetus de finibus controversia, intratriennium, ut cura  
erit, finiatur. Philippus vicissim Sabaudo abs se possessa, Vercellis & Asta demptis, donec Hen-  
ricus ceteris cedat, statim restituat. Unde factum memorant, quod Gallis hac pace  
nonaginta & octo urbes arcesve suis præsidiis custoditæ, Philippo, Sabaudo a-  
liisque, non sine querimonia decedentium, & hanc pacem describentium reli-  
querint. Qui profectò patriæ cæci affectione, non expenderunt, illa, quæ injuria  
fueré, Sabaudo præsertim, adempta, jure fuisse restituenda. Actum quoque ut de  
Metensium, Tullenium, & Virdunenium Episcopatibus Germaniæ ademptis,  
cum Ferdinando Henricus paciferetur, quo nomine utritusque partis Legati  
Augustam Vindelicorum ad comitia mense Martio celebrari cœpta, destinari.  
Sed hic nihil effectum, quod Galliæ Rex expensas in Germaniæ bellum factas,  
ante sibi rependi postularet; ubi frustra ad iustitiæ titulos recursum, cum expen-  
sæ hæ in rebelles contra legitimum caput parum æquè censerentur. Porro cele-  
berrima hæc maximeque constans inter utramque gentem Camaracensis pax  
tertio Nonas Aprilis sequentis anni 59 conclusa, & quadriduo post Lutetiis Parisiorum incredibili hominum gaudio plausique est promulgata: aspirantibus ad  
quietem universis. Hanc tamen hæresis, non multò post, primū Gallis, deinde  
& Belgis funestiori multorum intestino dissidio, quam externo bello, eripuit.  
Nuptialia Philippi (cujus pronubus Dux Albanus) cum Elisabetha incredibili  
apparatu celebrata sunt, omnibusque lætitiae institutis peracta, sed funerali Hen-  
rici Regis exitu terminata, cum is in hastiludiis fortissimos quosque provocaret,  
& ex Comitis Mongomerii dissidentis haste fragmento, dextero gravissimè o-  
culo, per hiatum galeæ, transfixus undecimo post die, 6 Iduum Julii, occubuit,  
magno hæreticorum, quibus persecutionem instruebat, solatio atque incre-  
mento.

## XLVI.

Carolus in sua e-  
remo, post fu-  
nebria matri &  
sebimur novo e-  
xemplu celebra-  
piè mo-  
nigus.

Hujus ex pace gaudii, ex morte Regis doloris sensum, præverterat sua jam  
morte Imperator Carolus. Ille enim postquam in Hieronymiana sua eremo in-  
ter Religiosos viros, anniversaria Matri funebria persolvisset, cupiditate eas-  
dem quoque funeris exequias sibi appositæ ad animæ suæ expiationem persol-  
vendi captus, postquam illius loci Religiosum Joannem Regulam, quo ad con-  
scientiæ moderationem utebatur, consuluisset, neque is, licet insolitum pietatis  
opus, affectanti Carolo prohiberet: apparatum sibi funebrem, tumulumque ceu  
jam mortuo media jubet æde exequiale surrigi. Tum sacrificium in solarium  
morientis consuetâ Monachorum psalmodiâ rituque peragi. Pullo circum ha-  
bitu parieres vestiti, finaliaque juxta tumulum totoque templo colluctentia, in-  
terque hæc mastus concentus, lugubresque familiarium vultus, vocesque re-  
quiem iterum iterumque precantium. Spectabat Carolus etiamnum vivus, mor-  
tis



tis suæ haud procul absentis imaginem, sibique non minùs beatam hanc, felicemque ad vitæ immortalis transitum, ceterorum votis immixtus, nec sine lacrymis, exposcebat. Facem demum, quâ suo ipse præluxit funeri, persolutis exequiis, ad aram Sacerdoti supplex obtulit, Deum precatus, ut quemadmodum hunc sacrificans è manu sua oblatum cereum, ita commendatam ipse morientis animam benevolè excipere non gravetur. Tum prostratus humi, nullaque ac defluente sub veste, ceu mortuus, procumbens, omnium lamentatione quietem ultimam apprecentium deploratus est. Nec vanâ ostentatione morti prælusum est, altera namque ab exequiarum apparatu die, febricula lethi prodromâ debile corpus incessit, quâ senilis invalescente, ad extremum fese agonem, quanto potuit pietatis sensu, composuit, supervenit adhuc spiranti præsentique sibi Archiepiscopus Toletanus Bartholomæus Caranza ex ordine Dominicano presbyter, qui ut Carolo in vita astimatus, ita in morte gratus solatio ad benè sancteq; moriendum fuit. Nam & expiata Confessione salutari ultimâ anima, & viatico Eucharistico ex illius manibus suscepito, pientissime se ad mortem postridie composuit, siquidem Crucifixi imaginem manu complexus, Servatoris nostri patientis confisus meritis, pronuntiatis ejusdem exspirantis verbis: *In manus Domine commendo spiritum meum: inter religiosorum circumstantium preces gemitusque placidissimè*, XXI Septembbris anni 58 exspiravit. Natus ultimo superioris seculi quingentesimo Apostolico D. Matthiæ die, denatus alterius S. Matthiæ festivitate; ut quam sub Apostoli patrocinio sapientius propitio vitam acceperat, hanc sub eodem securus anno ætatis suæ quinquagesimo nono deponeret. Laudatissimus Rex & Imperator, minùs tamen habiturus laudis & admirationis: nisi cum imperare adhuc posset, desisset, idque non salutis tantum suæ gratiâ, sed & alienæ; suæ quidem, quod hanc nisi per se ipsum mundo subductum aptius curare non posset: alienæ, quod hanc in valentiorum filii fratribus humeros inclinatam, non desereret, sed fulciret. Mortem illius & cœlestia illustrarunt sidera, & terræ flores.

Cum morbo enim Caroli ostentare fese per Hispaniam in cœlo cometes, & CXLVII  
sensim, per incrementa febris, suis accrescere radiis, donec funerea in Hieronymianam sedem versa cuspidi, tanquam ultimo mortis jaculo, Carolum mundo sublatum docuit, cùmque illius vita, ex oculis evanuit. Et tellus hujus mortis sensum hausisse visa est, quando in horto Carolinæ vicino cellæ, carentis liliæ eminuit, bulbus verno tempore duos profuderat stylos suis calycibus protuberantes, sed impari germine; siquidem alter eodem vere dehiscens foliis fese late explicabat: alter toto vere æstateque, ceu propinquo tumens partu, nunquam suo se evolvit folliculi complexu, nisi eadem, quâ Carolus nocte, animam corporis integumento, tanquam flos novus, cœlo natus, explicaret, tum enim repentina germinatione patulum calycem, stipantibus per orbem expandit foliis, summamque expositus templi aram, inter Caroli iterata funebria, novo spectaculo exornavit. Se- Spond ad  
pultus denique est Granadæ, urbe Bæticæ primaria, juxta matrem Joannam a. an Chr.  
vumque Ferdinandum. Cujus tamen postea funus à Philippo II Hispaniarum Re- 1557 &  
ge, Caroli filio ad Monasterium amplissimum, basilicamque magnificentissi- 1558. m.

mam, quam in Escoriali ad D. Laurentii honorem Rex excitarat, translatum est. Quod ingentibus hunc locum sumptibus Patrisque memoriam nobilitatum vellet: cum festo illius Sancti die celeberrimam illam ad Santquintinum contra Gallos victoriam obtinuisse, quam cum Francica nobilitate spes illorum accisa sunt paxque Hispanis gloria ad omnem posteritatem obvenit.

**CXLVIII.** Exequiae diversis Europae regionibus amplissimo ubiq; honore peractae sunt. Philippus etiam in Belgio praesens, regia illas magnificentia, geminis Caroli columnis, Symbolo plus ultra consignatis, aliisque simulacris victoriarum circumlatis, multo nunc in morte justiore titulo, quam ille in vita illustravit. Mors enim Carolum verè plus ultra, & supra omnia victoriarum monumenta, postrem hac mortalitatis victoriā extulit, semper utique sine pugna victurum. Mirus Caroli excessus utramque sororem, Eleonoram ante se mense Martio, Mariam post se hebdomade tertia obeunte traxit. Illius vix funus tanquam Galliae Regiae, Henricus Rex munificè curarat, quando & alterum Caroli accessit, nescius idem sibi obsequium mox ab aliis praestandum, quod cupidiūs aliis deferimus, quam ab illis exspectamus. Pontifex eidem Romæ Carolo, tanquam Imperatoris in munere defuncto, ut publico decreto contestatus est, Decembri mense anni 58 parentavit, & ipse brevi consecuturus. Ferdinandus verò frater comitiis Auguste frequentissimis Martio mense sequentis anni collectis, augustissimā exequiarum pompā ejusdem Caroli fratris funebria prosecutus est, quinquennio post à Maximiliano filio successore, (quando videlicet mense Julio anni 64 in feriis S. Jacobi Apostolivivere desit) idem beneficium accepturus, qui inter illam Europę totius à diversis harribus infectionem incorruptus steterat Princeps, & cum solo pñne fratre labantem in Germania religionem sustinuerat. Ite nunc stulti mortales & vite opibusque fidite, quando tot Principum coronis à morte nulla securitas.

**CXLIX.** Statuta & corporis doctes. Carolum siqua felicitas Europae diutiis incolumen præstare potuisset, haec optanda sanè fuerat. Cum & natura, & gratiae dotes in hunc planè eximias Deus contulisset. Staturam corporis, inter proceros brevesque medium, membrisque, quam aptè firmatam, tam robustam sortitus erat. Color in flore etatis lacteus, leni per genas aspersus purpurā, ampla serenaque frons, glauci oculorum orbes, in cœruleum decus inclinati, nasus aquilino more assurgens, veterum insigne heroum, & Austriacis, cum turgescentibus aliquantum labris, & hiatu modico oris familiare, dignitatem conciliabat. Barba, & supercilia capillis densa, comæque à inento ad utramque aurem assurgentēs, quarum flavus in fuscedinem transibat color. Humeri pectusque latum, nervosum collum, venterque, ad habilem armorum usum subactus, lacerti validi, fortē animosumque, & cum majestate venerandū cūque ostentabant Principem. Tibi et tamen paululum, sed extra deformitatem, vox, sed citra autoritatis jastram, gracilior.

**CL.** Virtutes acvitiae. Humanitate, etiam obviis prompta tenebat omnes; facundia & facultate non minus dicendi, quam rationum pondere rapiebat. Iræ obnoxius, præsestitim molestis podagræ doloribus stimulatus; potens tamen animi & dissimulator injuria-

rum



rum cùm opus, ritrùmque cùm opus earundem strenuis exactor. Ambitionis tam alienæ accusator, quād defensor suæ, cùm, ut amore, sic judicio plerumque nobis faventiores simus. Mens excelsa & ad suprema quæque gloriæ ornamenta connitens; quam, ut Cæsari olim evenit, Alexandri magni æmulatione succenso, non mediocriter inflamarat Ludovici XI Galliarum Regis illustris apud Cominæum memoria. Illum ab hoc fomite in Christiani nominis hostes, juratos olim Ludovici inimicos ardorem concepit, quo deinde, tanquam belli fulmen, viatos fugatosque sèpiùs perculit. Bellorum nec tam amans, ut per injuriam quereret; nequitam fugiens, ut per desidiam aut metum declinaret. Ad laborem patientia, ferro in hostem armatus, contra omnem fortunæ durabat impetum; horrortamen non raro perlevis perstringebat artus primùm arma occupantis, qui velut tremulæ nubis murmur ad ingentia præluderet tonitrua. Ita futura cauteæstimatbat pericula, præsentia fortiter contemnebat; tam indignum bono Duce existimans nihil timere, quād examinari timendis. Interriti illud animi in ceteris argumentum, quod adversus federatos Germaniæ populos Ingolstadii inter frequentissima hostium tela dedit, ubi globum tormento vibratum, atque ante pedes deciduum, immoto vultu ac corpore sustinuit, attonitusque cùm suo, tūm Cæsaris periculo adstantibus dixit, *confidite, raro Imperatorum tormenti globus oppresbit*, penè quod alter olim expallescendi ad naufragii discrimen Navarcho; *Confide, Cæsarem vehis*. Verùm nobilioribus in ipso pugnantium ardore hæc ipsius bellica virtus exemplis est illustrata, quando nec hosti uspiciam, nec adversitati minor compertus est succumbere, vitam antequām victoriam deserturus. Q[uo]dnam à fortuna nonnunquam, ab animo nunquam destitutus sit, invictâ verò animi fortitudine illud obtinuerat, ut famâ simul ac virtute adversarios prostreret, atque ad victoriam aliquando sufficeret, pugnare Cæsarem, certè Saxo vincula prostratus captusque non induisset, nisi majori illum Carolus nomine, quād milite debellasset. Ornabat hanc fortitudinem cura æquitatis, rara latè imperantium virtus, quam multi laudant, pauci sequuntur; cùm supra æquum non pauca sibi arrogent, & cupiditatis expletæ mensuram, vocent æquitatem. Verùm hic Caroli sensus non erat, prædicare soliti, totum se Galliarum regnum suis manibus victoriisq; concessum, redditum ultro, modò patriis sibi possessionibus frui tutò planeq; liceat: aliena tot bellorum impendiis regna non querere, sed propria: his timide cedere, neque injurias justo marte propulsare, imbellis ignavique Imperatoris fore. Hoc se nomen ad posteros contra exultantem protervè hostem nolle traducere: ne adversariis suas vires, nepotibus infamiam relinquat. Ceterum optare rationem se, alteram, quā fædæ dissensiones inter orthodoxos consanguineosque Reges dignâ firmâque pace absolvantur; alteram quā lites ac controversiæ forenses, tot præcisis juris ambagibus, quibus ad publicam usque injuriam propagantur, brevi certâque methodo definitur. Quod Philippo filio inter ultima reliquit monita, ut imperii curam, sine cura æquitatis non deponeret. Regem Soli non inscitâ comparatione conferre solitus, quod, ut ille inter astra medius lumen ex aequo insingula partiretur; ita deceret Regem aequali in subditos s. i. vore, causas amplecti omnium, & pari lance Iustitia appendere; ne ad immitteros pœna, ad indignos spe etent

Patientia  
in adver-  
sis.Fortitu-  
do in  
bellis &  
nominis  
terror.

Aequitas

pro-

1558  
Clemen-  
tia sev-  
ri ad-  
mista.

præmia, neque ut aliter administretur, nisi per injuriam. Clementia ac severitatis in tot gentium regnumque moderatione gratum aliquod temperamentum reperit: ne vel nimiā remissione provocaret flagitia, vel indignatione spem venie aberrantibus præcluderet: ita punire solitus, ut irasci vitiis potius, quam hominibus videretur. Qua in re serius argutè visus est, cùm Neapolim, Siciliæ Metropolim, ineuctus forte in portarum aditu, Insignium loco, exultantem sine freno e- quum contemplatus, intelligeret libertatis Neapolitanæ Symbolum esse, subji- ceretque: Frenum huic equo necessarium videri. Nec multò post urbi, ejusdem raro Principis diu patientis, arcem imposuit, quam la briglia, id est frenum dixeré, ita deinde hic populus Carolo, seu timore, seu amore semper obnoxius, pertinaci seditione nihil adversus Dominum suum molitus est, quanquam breviori non nunquam æstu, tanquam mare, concitatus, ad officium tranquillitatemque ultrò sese receperit. Aliud severæ humanitatis exemplum pari sermonis argutiæ or- navit, cùm Gandavensium rebellionem ulturus, ex Albano strenuo austeroque Duce sciscitaretur. Quâ dignam animadversione crederet rebellem suo Dōmino patriam? ille cùm ex suo ingenio liberè pronuntiaret, ultimum illam excidium pro- meritam, aversatus hominis asperitatem Carolus, indignante animo ac vultu; a- ge, inquit, atque ad hanc turrim, quæ summa erat basilice, enitere, tecumque, in hujus ur- bis contemplatione, astima, quot pellibus Hispanicis ad ejusmodi chirothecam (quam gend nomen Gallicè designat) conficiendam egeas. Ad quæ Albanus non obscurâ severitatis reprehensione perstrictus conticuit, docuitque Carolus, illi sese urbi quæ nascentem excepisset, provincia que instar suâ obtineret frequentiæ, majorem debere amorem, quam unius delicti odiis pœnisque oblitterandum, neque æquum esse, ut pauci seditionis autores tot secum immerentes in ruinam devolverent. Quâ mo- deratione, ita sui timorem injectit omnibus, ut simul amaretur; ita amorem, ut si- mul timeretur, certissimo diuturni imperii munimento.

Porrò suorum civium militumque ita amans fuit; ut, in expeditione Tuneta- na, quorundam militiam periculosam suadentium vocibus responderit: Vnum se malle servare Christianum, quam mille Turcas profigare. Nullus, ex infimo licet grege, tam ipsi vilis erat, quem loquentem non admitteret, placidoque, cùm vultu, tūm oratione non erigeret. Par vulgari plerumque habitu gregariis, Proceribus etiam inferior, ac illo majestatis fulgore timidiorum perstringeret oculos, aut a- liam, quam à virtute dignitatis speciem occuparet, popularem externo se etiam cultu profiteri maluit, & vel tacitus, humanitatis præ se ferre imaginem, ut ante in cultu. polliceri benevolentiam miseris, quam rogari videretur. Visus tamen nonnullis est, isto, quod ab Herculeis columnis usurparet symbolo, arrogantiæ aliquod dare argumentum: cùm illud à Veteribus Herculi cum lemmate, non plus ultra, tribu- tum, ita sibi vendicaret, ut mutata epigraphe, plus ultra, inscriberet, quasi Hercu- lei roboris felicitatisque metam præterversus, heroes ceteros, post se despiceret, elati supra sortem animi magnitudine. Et Rex quidem Galliarum Franciscus memoratur in Hispaniæ palatio quo captus diveiterat, illud non sine stomacho primùm adspexisse, ratus in illo sibi adversantis fortuna termino nondum ac- quiescere Carolum, verum ultra inexplebili desiderio ferri. Subjecisse igitur hac

Epigra

Epigraphen: *Hodie mihi, cras tibi. Denique admonitum facti, ita conclusisse Cæsa-*  
*rem: H̄mo sum, humani à me nihil alienum puto. Cujuſ equidem sententia non in-*  
*frequenter meminisse Carolum mihi persuaserim. Laudes enim suas submisse au-*  
*dire ſepiū, quām superbè ſentire viſus eſt: nam & ejusdem poſtea Regis in Gal-*  
*lia hospes, cum oratione illuſtri magnisque encomiis, ad gentis illius ingenium,*  
*elevata ornaretur; ita respondit; ut diceret, Oratorem ſcīte declarasse ſibi, non qui ſit,*  
*verūm quis eſſe debeat, ad boni officium Imperatoris explendun. Alitus inter Belgas Ora-*  
*tor, eodem honoris obsequio Carolum veneraturus, poſt hēc verba: Alexander il-*  
*le Magnus, voce atque animo obſtupefacto immotus haſtit, dum Carolus, humana*  
*compellatione, ut video, inquit, Alexandro Magno conſerre me decreveras, quā laus, ut*  
*eft immerentur, ita rectius silentio præteritur. Delectabatur in primis Doctorum homi-*  
*nūm confuetudine. Quare Appianum ſibi, atque ante omnes Turrianum, Mathe-*  
*maticorum id ferē temporis Principes, familiares habuit. Ex iis rerum etiam a-*  
*gendarum consilia rationesque ſcrutari ſolitus. Auguſtinum Niphum, eruditio-*  
*nis per Italiā fama celeberrimum, Neapolim tolius confuetudinis gratia acce-*  
*ſierat, ex quo dum in ceteris quāraret: Quā poriſſimum ratione Princeps optimē reg-*  
*num ad ministrare poſt: veteris ille Philosophi consilium revocasse dicitur, respō-*  
*diſequo. Si tales, qualem me eſſe autuſias, consiliarios & regni adminiſtratores delegeris. Ve-*  
*riffimo pronuntiato: niſi eruditio virtute non unquam defituta tam facile everteret,*  
*quām firmaret Imperia, cupiditatibus impar, ubi justa voluntatis adminicula defuerint. Ad*  
*ingenium tamen Caroli hēc erat Niphi ſententia; cum illam, quam ſibi deesse e-*  
*ruditionem doleret, in aliis velut prætantissimum humani generis, poſt virtu-*  
*tem, decus amplectetur; quā non, ut cetera mortalium ornamenta, fortuna lu-*  
*digrio ſubjecta eſſet; ſed in arce rationis extra omnem corruptionis aleam col-*  
*locata, ſuā hominem dignitate reliquis anteponeret, tantō aliis rectē modorandis*  
*aptiorem, quantō facilius eſt videntem, quām cœcum rectā alios viā deducere.*

C L I I .  
Virtutes  
Caroli  
Theolo-  
gica, &  
in primis  
conju-  
nctionis  
cum  
Deo.

Carolus tamen quod à literis præſidium, ad æquam facilemque Reip. admini-  
ſtrationem defuit, à singulari in Superos pietate multò eſt certius mutuatus. Nihil  
ſeſe in rebus gerendis arduum offerebat, quod ille cœco quodam animi impetu  
ac destinatione aggredieretur; antē in cubiliſ ſui recessu abditus, mentem à nego-  
tiorum occupatione ad Deum avocabat: coram illo rerum momenta pondera-  
bat, explicabat consilia, atque ad rationis aequitatisque exigebat præscriptum, ne  
quid conſcientiæ diuinisque legibus adverſum ſtatueret ac temerè cœpta coge-  
retur abrumpere, turpe homini ratus, ſuis hunc ſecum pugnare actionibus, nec recte  
quidem ſeipſum moderari, qui ceteris imperet. Graviores adverſus hostem expeditio-  
nes, conceptis ad præcipuas neceſſitates precibus, quæ Pœnitentium magnitudi-  
ne æquarent Psalmos, Deo quotidie commendabat. Has ſuis ipſe manibus exara-  
tas, non antē recitare aggressus, quām ab Sacerdote, qui à confessionibus ipſi ad-  
erat, lectas probatasque eratque hic precum novarum, atque ex animi ſui ſenſu  
profectorum, uſu attentæ orationis haud leve adjumentum: cūm propriæ ſen-  
tentia affectionisque pondus magnopere ad pietatem incitaret. Divertebat non ra-  
tō ab ipſo proficiscentium agmine, ne quem erectæ ad Deum mentis interpellan-  
torem haberet; ut jam vulgi ſermonē ferretur: Carolum cum Deo ſepiū, quām homi-  
nibus.

d d

158. *nibus colloqui.* Sunt qui hunc Principem asserant, ternis quaternisve indies facile horis Superis inter preces consuevit. Horam unam Canonicis manè Psalmis p̄cipue impendisse, binas à cœna aliis ad Deum commentationibus traductas. Quod nec gravissimus ipsius hostis ad Calvinum Bucerus dissimulat, per ludibriū asserens: Cæsarem anilibus superstitionibus inhærentem, prolixas quotidie de genibus preces, atque orationum quæ vocant Rosaria ante D. Virginis iconem evolvere. Quæ prolixius in illa Eremi cultura facile p̄stita fuisse concessero; in reliquis difficillimi, quod gessit, imperii occupationibus humanum vix existimé, suo tam arduo negotiorum onere, tantum loci temporisque pietati tribuere. Ille tamen Virginis Deiparæ cultus, illustre devotarum mentium argumentum, Hallis Belgarum oppido etiamnum hoc in Principe extat, quo cùm illius venerandæ Amor D. suæque huic Matri consecrandæ militia gratiâ accessisset, inter cetera, quæ de Virginis, tulit munera villoso ex serico chlamydem auro intertextam suspendit, monum

mentum p̄etatis Austriacæ, quâ vestitus Sacerdos, primâ Septembribus Dominicâ quotannis Deo ad aram immolat: adjecit viri armati ex argento simulacrum ante Virginem genibus subnixum, ut per absentiam quoq; supplex p̄sensq; tantæ Patronæ pedibus accumberet, ac quam corpore non posset, illâ, quâ liceret, corporis imagine, animiq; veneratione prosequeretur. Notam aliquam castitatis incurrisse adolescentem & viduum Principem, ut quidem illius, sic magis corrupçæ aulicorum licentia imputatur, quando oblatam ultro, in tanta libertate occasionem defugere, nondum sat firmata virtute didicerat. Unde Margarita Austriaca, in Belgio nata, adolescenti Joannes verò Austriacus Augusta viduo prodidit. Quanquam nec egregia continentia laude Carolus omnino destituatur, ut cui inviolatæ leges matrimonií fuerint: solitus deinde periculosa mulierum devitare consortia, facile in flagitio tantis Principibus obsequentium, quibus licere nō vari credunt, dum lubet. Prætereuntes, aut oculis aversis, aut clausis speculis est visus excipere; ratus cupiditatē, ut flammarum, citius rasi ntem opprimi, quād ad uitam; & anteverti facilius hoc incendium, quād averti. Pestilenti libidinem morbo similem, cuius semel in venas ac viscera recepti, difficillima sit curatio. Quocirca & improbam hospitis illius humilitatem aveſatus dicitur, qui peregrino in Galliis Cæſari, ſeſe ad clo- clave quietis gratiâ recipienti, latenter in cubili venalis pudicitia feminâ obſtalit. Quod Carolus beneficium maleficij loco habuit, atq; eliminatâ quampli- muni mulere, nobiliori, quād apud Ticinum viatorâ, Gallos viceſ; cūm hic non alienâ, ſed propriâ virtute, nec hostem modò, verū & ſeipſum ſuperaverit.

Valuit ad tot tantasq; virtutes, quibus ſingulis non lubet immorari, frequens mortis conſideratio, quæ usq; adeò familiaris Carolo fuſſe memorator; ut avū Maximilianum imitatum dicant, & quinque annio (uno amplius, quād Maximilianus anno) ante ſupremum diem, mortualem instruxit loculum, quem aulâ ignorante inter ſupelleſtilia reconditum una ſecum, quoq; incederet, deportabat: magnum animi ad ſuprema intenti testimonium, quād etiam meditatione portiſſimum inducētum credam, ut tam insolitâ regnorū abdicatione p̄eclaræ in hac vita felicitatis curſum abrumperet; & exemplum illustre moriendi, Principibus in primis viris, daret, qui recte vivend. pulcherrimū dederat. Et certè erant, quæ ſapien-

CLIII.  
Mortis  
frequen-  
ti medi-  
tatione  
mentem  
ad cele-  
bra eſ-  
xit.

*Apud  
Calv. E-  
pi. 51.  
§ 54.*

*Castita-  
tis cura.*

Sapientissimo Principi mortalis vita sufficerent memoriam, Isabella seminarum decus morte sublata, adeo multis tristi deformisq; post fata spectaculo, ut Francisco Borgiae attonito mente a rebus caducis prorsus aversam injecerit, atq; ad vitam religiosae solitudine deniq; traduxerit. Carolo hujus saeculi causas rationesq; neq; ignorantie, neq; improbante. Sunt etiam, qui & suorum domesticorum fata altâ mente exceperisse afferant, atq; illius comprimis aulici, cuius cum non minus fidelitatem, quam vitam amaret, sciscitatus ex illo fertur, numquid beneficium posceret? qui cum ad duas tresve horas vitam sibi prorogari postularet, negaretq; Carolus sui hoc esse arbitrii ac potestatis. Heu me igitur insanum! exclamasse ferunt, qui alteri balle-  
nus Domino, eternam mihi vitam pollicenti non servierim, certiora dignioraq; nunc premia ex-  
spectare. Vox haec fuit, quæ non impii omnino Principis animu[m] poterat occupare: sa-  
nè Caroli pervaserit, ingenio, ad summa & optimâ quæq; aspirantis. Ut miru[m] non  
sit, mori illum in hujus vita, & vivere rectius in mortis consideratione didicisse.

Vidit duos orbis Christianus in Romano imperio Carolos. Illum Primum, huc Quintum; utrumq; Magnum. Septem ille seculis annisq; quinquaginta secutus Christum; hic seculis annisq; totidem Carolu[m]; que velut gemina Europa ei impe-  
rii sidera, inter astra Principum radiant. Uterq; eadem propere regnorum fortuna, eisdem domi militiæq; virtutibus claruit: ille Longobardorum Regem Desiderij Italiz gravem armis vicit in Papiæq; inclusum manib[us], cum urbe interceptit: hic Franciscum Regem Galliarum parimarte ac sorte propemodum ad Papiâ in vincula abstraxit. Uterq; sub Romanis Pontificibus Leone atq; Adriano pro Italia posse[ss]ionibus depugnavit, utriq; à Pontifice imperii corona imposta est, utrique Romana sedes amillas per Insubriam urbes debuit, Parmam in primis ac Placentiam. Uterq; ex ejusdem voluntate Proculis, Florentinæ urbi, novam Reip. formam, leges novas, Magistratusq; tribuit, uterq; multas in Cantabria reliquiq; Hispaniæ partibus urbes suo imperio armisq; coercuit. Uterq; in Bavariam exercitus duxit; ille adversus Tassilonem ejus regionis Principem: hic contra federa-  
tos Protestantium Duces. Uterq; victori milite Saxoniam domuit; ille Widikindo, hic Friderico Saxonum Principe ad obsequium redacto. Paucis, ea fuit utriusq; fortuna ac indoles, ut non modò in virtutibus, sed & vitiis quibusdam participaverint, eadem peccati vivendi moriendiq; sorte ad vitam imperiumq; accesserint, deceserintq; non ad hanc dignitatem nati, sed sua virtute delecti, neq; mortis necessitate amoti, sed tanti honoris titulis ultrò aut translatis, aut communis artis cùm alter vivens Ludovicum filium imperantem; alter Ferdinandum admiserit fratrem; uterq; imperio dignissimus, quod posset contempnere, cùmque illud gloriose administrasset, gloriolius deserere.

Neq; tamen, ut Magnum illum Carolum, ita hunc nostrum, quem Paulus Pon-  
tifex, sub victoriâ de hereticis reportata, Maximum dixit, ab omni vicio remo-  
vemus. Quædam & in hoc notata levitas, (quanquam non in matrimonio, quo il-  
libato, major illo fuit Maximo) sed tamen gemina testimonio prolis, Joannis &  
Margaretæ Austriacæ, cognita est, exemplo parum laudando; quod facilius po-  
steri, quam virtutes ejusdem imitantur: adeo in plerisq; mortalium prona est ad  
malum via. Immensa etiam p[ro]p[ter]e gloria, imperandiq; latè cupiditas animum in-

CLIV.  
Carolo  
Magno  
in regno  
& vita  
per quam  
similis  
Carolus  
V. fuit.

CLV.  
Carolus  
luis e : a  
vitiis  
obno-  
xius suis

flamimaverat, quā cum eodem tempore Galliarum Rex Franciscus raperetur, & mulatione inflammati, & vix placabili bellorum ardore collisi, pacem cum infē-  
sissimis Ecclesiæ hostibus, quām (confanguinei licet Reges) colere in vicē malue-  
runt. Numirum exitialis hæc est, deplorandaq; Christianorum Regum cœcitas,  
quod intestinis collisi odiis, quæ vertere in Turcas religionisq; orthodoxæ ho-  
stes possent arma, in proprios fideliumq; populorum jugulos malint distingere,  
quām fixis inter se terrarum pacisq; inconvulsæ limitibus (quod omni industria  
agendum stabiliendumq; esset) sub unius Christi, vicarijq; Pontificis disciplinâ,  
concordes stare. Qui si glorioſa imperandi cupiditate ducerentur, illa citra inju-  
riam regna sociatis quærerent viribus, quā mīqua Turcarum tyrannide occupa-  
ta, sub infame non modò hominum, sed & diaboli ablati jugum seruitutē ser-  
viunt, Christiano tot seculis nomini ignoraviq; merito exprobrandap. Ita Caro-  
lus dum suū interpretatur dedecis, quicquam Gallo de Insibria Burgundiaq;  
concedere, ideoq; bella bellis nequit, Hungaria Fratri cred. ta, inter manus Tur-  
carum patiſſiā sui parē destituitur, Germanorū præſca religio cum mille Ec-  
clesiis per hæreticos dissipatur, Italia vastatur, Rōmā, capto Pontifice sacrisq; vi-  
olatis, diripiſur Anglia confangineum Imperatoris thorū, fidei q; orthodoxā  
prostituit. Ubi Carolus immortali sui poliſſis honore bellandi, vincendiq; ma-  
teriam occupare peralit. Nec dubium, quin huic deniq; errore suum, jam mor-  
talium regnorum satur, instabilem q; fortunæ lusum perosus, agnoverit, ac lacry-  
mis, quantumvis feris, in eremo sua diluerit: correctius multa, si pristinam, cum  
regnandi sorte, atatem Superi restituissent. Ita plerumq; sapere tū primū mor-  
tales incipimus, cum vivere desinimus; illo tamen posteritatis bono, quod hæc  
errata in se Majorum corrigere, &c, niſi pariter desipiat, cognitos offendonū sco-  
pulos queat devitare. Qnod ut fiat, nostroq; hoc labore ac Caroli vitâ quām plu-  
rimi ad suam utilitatem fruantur, in primis opto. Cumq; omni hanc elucubratio-  
nem etati ac ordini, suis hinc exempla moribus, tam ad politiam, quām ad reli-  
gionem pietatemq; reperturo, offeram; tūm præcipue studioſa juventuti: cui il-  
las, præter historiam, dissertationes, nanc vibratas strictius, nunc longius circum-  
ductas, nec stylo minus, quām materiā varias, servire ad eloquentiæ (quam, dum  
hæc scriberem in scholis docui,) exercitationem desidero; ut lingua simul ani-  
musq; idoneis reip. Christianæ disciplinis, inter sublimia magnorum Principum  
consilia, & illustria rerum gestarum monumenta, ad sapientiam erudiatur.

Utantur fruanturque benevoli Lectores, hec doctiores hinc solum, verū.  
& meliores discedant. Ita suus & scribenti quem optat, & legenti,  
quem spectat, fructus laboris constabit.

F I N I S

